# JOHANNIS PHILIPPI BURGGRAVII, DOCTOR. MEDIC. ORDIN…

Johann Philipp Burggrav

# VIRIS

*MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, EXPERIENTISSIMO,*

# DOMINO
# BERNHARDO
# WAGNERO.


SS. THEOL. DOCT. ET PROFESSOR. ORDIN. CELEBERRIMO, ECCLESIASTÆ VIGILANTISSIMO, CAP. THOM. CANONICO, AC COLLEG. WILHELM. EPHORO MERITISSIMO;

*ET*

# DOMINO
# IOH. VALENTINO SCHEID,

PHIL. ET MED. DOCTOR. PROFESSOR. PRIMAR. LONGE FAMIGERATISSIMO, ARCHIATRO GRAVISSIMO:

REG. LIB. CIVITATIS ARGENTORATENSIS IN ECCLESIA RESP. ET SCHOLA, DOCTORIBUS INCLYTIS SEDULIS, DOCTIS: DOMINIS PATRONIS, AFFINI, ET AMICIS, OMNI HONORIS CULTU COLENDISSIMIS.



# VIRI EXCELLENTISSIMI!



Quadriennium abiit, ex quo de Medicæ Artis æque ac insigniorum quorundam Medicorum, Scriptis maxime celebrium, tristibus Fatis, nonnulla in publicum Epistolari Dissertatione emittere, institui; similem si non eandem telam pertexere, nec tempo-

*rum horum ratio, neque mea ipsius vitæ conditio, dissuadere visa est: quot quæso myriades belli furor toto hoc tempore; gladiusque non uno prœlio hausit: cives quoque depopulabatur calamitosa prorsus morborum series, cum vario diætæ errore, fractis animis, mali contracta sensim labes obreperet, visque morbi seminum subitò perimeret, quos sævi militis toties hyberna reposcentis communio, gravioribus forte malis, reservare debuerat; neque pathema generosissimis solertissimorum Medicorum remediis, tot tamque molestis stipatum symptomatis æque facile auscultabat, quin artem frequenter elusit, debellatoremque sui inversa vice præcipitavit eheu! in tumulum; ecquis alias quam de morte cogitationes hac rerum facie susciperet, sane hujus de ominibus morientium & prognosi Medica Commentatiuncula præterquam*

 quod

*quod nemo facile mortalium sine omine moritur, causa mihi extitit: non me quidem præterit, jam alios hoc decurrisse stadio, atque de futurorum prænunciatione, solidiori eruditionis profundæ apparatu sic disseruisse, ut salvam Doctis moverint; exercitamenta tamen unumquemque sua scribere, non modo à culpa remotum; sed etiam utilissimum cum* Galeno *existimavi: quodque melius esset Leon. 1. testimonio doctis onerare jam notis, quam rudes fraudare discendis: Vestræ vero Crist,* Viri Amplissimi, *hanc subjicere lucubratiunculam propero, quod spectata Eruditis sit, atque benignior, quam quæ vexari à me, confestim detrectet: in c[illegible]ris nostri caduca casula, mens diversatur immortalis,* Dei in microcosmo quasi quædam imago; *cujus ut essentiam & fulgidissimum jubar, ita neque operationes omnes nosse penitius*

l. VIII. Adm. An. c. II. Th. Bartholin. Præf. vol. III. Act. Med. Hafn.

Gr. Horst. Instit. M. Disp. III. Cor. II. Ex. 9. p. 206.

*vitius datur; quod ejus idea, quæ sibi se ipsam repræsentet, deficit:* Helmontius *per 23. solidos annos, ut mentis suæ adipisceretur cognitionem, se anhelasse affirmavit; sed ut* ὑδνοποσίῳ *addictior fuit, religionisque istius sel sub medicamentorum singularium melle condere assuevit, ita factus aliquando ecstaticus, eam se in visione, humanâ quidem figurâ vidisse comminiscitur: habeat sibi somnia isthæc Helmontius, nos mentis nostræ prærogativam collustraturi sumus, quando peccatorum labe olim exemti,* ἐν ἀφθαρσίᾳ *Deum cum sanctiori Beatorum collegio, intueri in gloria dabitur: id tamen latere neminem arbitror, animam illam meliorem nostrique partem, quibus nescio fulgurationibus, certis temporum intervallis, pro varietate objectorum, in tenebricoso hoc carcere, emicare evidentius: nam quanquam labe corporis, pro ut* Lipsius *præclare*

Tr. Im. Dei & Ment. §. 5. 13. Dietetic Jatr. Hip. ne. 129 pag. 1105. & 779.

De Constant. l. 2. c. 5.

*clare loquitur, & contage sensuum graviter corrupta & infecta sit; tamen vestigia quædam ortus sui alte retinet, & clare in ea scintillantes reliquiæ primi illius purique ignis manent: Fallor? an præsensiones illæ huc referendæ, quibus de morte propediem sibi obeunda, quidam fuêre certiores quasi redditi; nostra utique mens, densissimis tenebris involuta, hoc cæspitat negotio; & vix se invenit: Autorum quas adduximus varias sententias, ut re. conditioris prudentiæ, suo quæque ordine, argumentum habet; ita iisdem verbis adferre, mea mihi fides præcepit, ut sua facile quivis agnoscat, neq; furti vel plagii memet insimulet. Abeant vero, qui Sadducæorum more, de immortalitate animæ nihil plane credunt:* Johannes de Canis, *Medicus Florentinus multi nominis, cum ex mataosophia principiis animam mortalem esse, certo sibi*

Vid. c. VI. n. 5. 6.

Jo Bapt. Gellius apud Dieter. Anal. Evang.

*sibi constare semper affirmasset, tandem morti vicinus, subdubitare cœpit, jamque animam agens,* sit, nec ne, mox sciam, *dixit: animulam ergo sui hospitem comitemque corporis incertus salutis in loca pallidula, rigida, nudula misit: vid.* Spart. *in Adriano §. 24. sanè semper illi subsiliunt igniculi, in malis quoque projectisque hominibus, surdoque verbere sordida corda, durissimique sensus cædunt:* Συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων: *qui grana seminum mortua profectò & putrefacta vivificat, per quæ in hoc seculo vivas, multo magis ipsum te resuscitabit, ut in æternum vivas:* Augustino *monente. Sed quid ego, num lucem soli accendam? protritisque hisce meis studia vestra morabor, gravioribus illis rebus occupata; seculisque profutura: in recenti mihi versatur memoria, quam amicè, quamque benevole me*

Fer. II. Pasch. p. m. 438.

Rom. II, v. 15.

*foveritis atque amplexi fitis; cum rerum familiarium cura penes Vos me detineret, neque horarum istarum tadet, quibus doctissimus vestris Discursibus interesse licuit; jam, cum exile virium mearum experimentum hâc fecerim opellâ, erectiori exercitatoque Vestro Judicio exponere istud, atque implorare volui, ut contra obtrectatores, si qui fuerint, has meas conatus defendere, dignemini: Deus Vos Servet! Dabam Darmstadii è museo: d. 27. Maji MDCCV.*

Max. Rev. Dign. &
Ampl. V. V.

Cultor
devinctissimus,
Joh. Phil. Burggraf,
*Doct. Phys. Ord. Darmstad.*

I. N. S.



I. N. S. N. I. C.

# CAPUT I.

## PERIOCHE.

1.



*Renotio seu prædictio vel futurorum naturalium est, vel fortuitorum & merè contingentium. 2. Illa, fixas naturæ leges pro fundamento habet. 3 Hæc, prænasse vult, quæ fiunt temere. 4. Prior, studium rerum naturalium exigit, & amplectitur; Christo probata. 5. Posterior reproba est, & vanitati infidelium relinquenda. 6. Athei & Epicuræi, ipsi alim Deo futuri præscientiam ademère; cultuum divinorum negligentissimi & profani. 7. Natum Dei, manifestum in ipsis, improbantes. 8. Athenienses exilio multarunt Diagaram, quod dubitârit de diis. 9. Epicuri dogmata,*

*ceu*

*atu male à Discipulis intellecta, & sanio-
ra, quidam volunt ἀπολογεῖσθαι.*

1. PRænotio seu Prædictio rerum futu-
rarum, vel naturalium est, vel fortui-
2. tarum & merè contingentium. Il-
la, quæ fixis quidem certisque, sed non
omnibus omnino perspectis legibus, *na-*
Sap. Sa- *tura* necessario *perfectura est*, satis accu-
lom IIX. rarè pertexit: sic solis defectiones, item-
8. VII, que lunæ, prædicuntur in multos annos
17. 18. ab iis, qui siderum cursus & motus, nu-
19. 20. 3. meris persequuntur: Hæc magis occupa-
ta est, eas res præscire curiose, quæ te-
mere fiunt, cœco casu, & volubilitate
fortunæ, neque aliquid rationis habet,
quare hæ res futuræ sint; neque signa
quæ vaticinatores isti habere præten-
dunt, necessariam firmamque cum ipsis
4. rebus connexionem habent: Prior, ex-
perientiam requirit, & studium rerum
naturalium fovet; haud floccipendenda,
quin Christo probata, non tam in Phari-
Matth. sæis taxante, quod faciem cœli terræ-
XVI, 3. que nossent dijudicare, sed quod eam
Luc. XII animæ præclaram vim, non pari studio
56. 57. adhiberent, internoscendis temporum
Marc. signis, justique circa se ipsos discretioni:
XIII, 28, 5. Posterior species, cum abducat homi-
29. Lu XXI. nem à timore Dei & fiducia, rejici solet
29.

in

in S. Scriptura & damnari, quod anxiam
mentis solicitudinem, gentibus mundi Luc. XII
usitatam, involvat: exquirere hæ solent 30.
à sole, luna & stellis, omnique cœ- Mat. VI.
lorum exercitu, incurvando se illis ac ser- 32.
viendo, quibus vitam suam sustentent: Jes. XLVII,
ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, quive Epicuri sectatores v. 13.
audiunt, ut cultus divini negligentiores 6.
sunt, ipsique Deo, summo Imperatori, Deut. IV, 19.
cui militat gens omnis mortalium, cu- Eph. II,
ram rerum humanarum adimunt, neque v. 12.
ullam futurorum præscientiam conce-
dunt, nihil nec sui curare nec alieni, as-
serentes: *Cicero l. 1. de Leg.* valde occu-
patum esse in nihil agendo, otiosumque
in cœlis stertere: *Lotich. Vit. Petron.*
*Grotius*, de V. R. Chr. l. 1. §. 1. *Helmont.*
Tr. Im. Dei. Ita præcognitionis futuro-
rum tum naturalium tum fortuitorum
incuriosi, in voluptatibus summum bo-
num quærunt, animas cum corporibus si-
mul perire persuasi: Qua vero ratione, 7.
*insitam* quoque *Dei notitiam naturalem-* Rom. I.
*que*, extirpare ex animis hominum, at- 28. II, 15.
que evertere satagebant. Diagoram 8.
Philosophum, urbe sua olim Athenien- Act. A.
ses ejecerunt, quod scribere ausus fuerat, VII, 42.
primum ignorare se, an Dii essent: deinde XIV, 16.
si sint, quales sint: *Val. M. l. 1. 7.* Sed nomi- XVII, 27.
nis appellativi rationem hoc loco *Epicuri* Jud. 10.
Ps. 81, 13.
9.
vocu-

vecula, in eorum gratiam sustineat, quotquot prisci illius Philosophi sensa, ad saniorem mentem traducere, gestiunt: vide *Casp. Dornav.* Amphit. tom. II. p. 21. seq.

Jo I. 9. B. Amd. l. 1. V. Chr. c. 7.



# CAPUT II.

## PERIOCHE.

*1.*

*Onditas in suis causis res futuras, non rarò mens erectior & concitata præsentit. 2. Stoicorum, de fatali omnium rerum necessitate sententia, texitur. 3. Fatum, quid. 4. Plenilunia & siderum labores pranoscunt, inque menses divinant, qui statutorum cœli peritiam sibi sumunt. 5. Ex elementorum ordine & consonantia, cum agricola, tum nauta, serenos prædicunt vel pluvios dies. 6. Astronomicum studium Medicum decet. 7. De astrorum inclinationibus in hominis ingenium, actiones vitæ, mortisque genus, mathematicis artibus addictiorum opinio tangitur, in medium prolatis aliquot exemplis. 8. Animi etiam mores, & pro-*

pen-

*pensiones naturales, ex signis quidem stabilibus & mansivis, Physiognomorum turba, indicare amat. 9. Futuras simul dignitates civiles & matrimonia, vel ineptientes, vel tentatis numeris Babylonis. 10. Chiromantarum globus, rugas valde manus præ indice habet Decretorum Dei, neque fortuitas putat has lineas. 11. Sed superstitiosa frequenter sollicitudine & miseria vivunt, qui subjecta fides homines, de fatis suis sunt percontati aut quæstiosa suspensi dictarum caligine, spem quidem longam inchoant, qua vero ultimo decollat. 12. Testis adducitur Nero Imperator, & Carolus Biron, Dux olim Galliæ fortissimus. 13. Præcipua Divinationis genera. 14. Ex stridore muris pendebat aliquando Romana Curia, turbatis postea Comitiis. 15. Q. Fabii M. auguris præclarum dictum. 16. Ἀντιδαιμονιστεῖν vario sæpe scommate elusi. 17. Vias Gentium serio Deus prohibet.*

MAnet ergo sua Divinationi futurorum naturalium laus, cum sint in causis conditæ res futuræ, quas esse futuras, aut concitata mens, aut soluta somno cernit; aut ratio, aut conjectura præsentit: *Cicero l. 1. de* Divinat. 128. Hinc Etruscæ disciplinæ *Val. M.* l. 1. 1. & 1

divi-

divinandi rationem, ipsus Cicero consecutus est, cum sapientissimorum virorum monumentis, atque præceptis, plurimoque doctrinæ studio, tum magno etiam usu tractandæ rei publicæ magnaque temporum suorum varietate: *Cicero* l. VI. Ep. F. 6. nec ea solum, quæ se vivo acciderunt, futura prædixit; sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates: *Cornel. N.* Vit. Attic. c. XVI, 4.

Conring. Præf. ad Scip. Claramont. Op. De Conj. cuj. mot.

2. Recta modo incedatur via, neque vel ad Epicuræos illos, Mathematicorum cœlum parum sane curantes, vel Stoicos deflectatur; qui omnia certa atque ex omni æternitate definita fataliter lege, decurrere credebant: *Seneca* de Provid. c. 5.

*Πείσεται ἅσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι*
*Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ·*

*Homer.* Od. H. *Hesiod.* Θεογ. v. 220. 221.

3. Fatum ergo vocabat *Minutius Felix* quod de uno quoque nostrum, Deus fatus est:

4. Planetarum cursus & plenilunia prænoscunt, stantiorum cœli periti: Job. XXXVIII. 33. defectiones siderum laboresque narrantur, nunciatur origo tempestatum, lassitudo ventorum, quod sidus immodicos solis ardores, quod severas minetur hyemes, quid significent sparsi longius crines, quid ardentius so-

lito

lito jubar, quid excussa flamma sideribus:
*Quintilianus* Decl. IV, *R. à Castro* Med.
Pol. l. II. c. II. p. 57. Sed est manifestus, 5.
sensus, quod elementorum ordine &
consonantia sereni possint vel pluvii dies
prænosci: Hieronymus apud *Voss.* de O.
& P. I. l. III. c. 14 p. 791. vel pluribus ocu-
lis cœlum aut hoc intuetur sollicitis bul-
bis agricola, pulveris patiens atque solis,
terræ suæ opus ursunis: *Plinius* l. 18. c. 27.
altius etiam spectant, & cœli plagas scru-
tantur, qui equo ligneo per vias cœrule-
as vehuntur, magnisque suis trabibus ma-
re prægravant: Gubernatores cum ex-
sultantes loligines viderint, aut delphinos
se conjicientes in portum, tempestatem
significari putant: *Cicero* l. II. de Divinat.
145. Astronomiam Medico quidem 6.
necessariam esse, non pauci fatentur, hinc
Concilium Tridentinum notante *P. Ca-
stello* de Opt. M, s. v. cum omnibus sub
anathemate libros astronomicos dene-
gârit, Medicis legendos retinendosque
concessit: ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσι, καὶ αἱ κοιλίαι
μεταβάλλουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν: *Hippocrates*
de A. A. & L. s. II. tx. 2. De siderum 7.
potentiis, & inclinationibus felicibus vel
infelicibus, solis maxime & lunæ, *lumina-* Gen. I,
*rium magnorum*, in ingenium hominis, 16.
voluntatem, consilia, statuta & actiones,

B multi

multi multa dicuntne an garriunt: *Libavius* P. II. Sing. Diff. I. *Tabernamontanus* Hydrothel. I. I. c. 18. pag. 203. 217. faustos sane vel infaustos pace belloque Eventus, ipsaque denique Fortunæ bona quæ vocant, adscribere iis sustinent: sic innexa sideribus fata, fatali ipse sibi prædictione explicuit, posteris futurus exemplum, *Johannes Stoflerus*, Justingensis Suevus, mathematicus excellens, & vir integerrimus: hic certo die sibi periculum ruinâ imminere prævideret: & quia ædes suas satis firmas noverat, convocat in museum suum viros eruditos, quorum consuetudine & sermonibus recrearetur: orta inter sobria pocula disputatio: ad controversiam explicandam è superiori loco librum depromit: sed laxato clavo asser, in quo stabant libri, in caput ejus decidit, & insigne vulnus inflicti fem infligit, ex quo mortuus est: Tubingæ die 16. Febr. anno 1531. ætatis circiter octuagesimo: Chr. *Matthiæ* Th. Hist. f. Carol. v. p. m. 1080. *Calvisius* Chronol. f. 922. sed *Philippus Melanchthon* quoque Philosophiæ & mathematicis artibus justo addictior *Thuanus*: mortem sibi prædixerat, & eopse anno quo obiit, expectavit: *Becman*. Lin. Doctr. Mos c. VIII. §. 7. p. 128. *Libavius* l. d. p. 30.

Zoroa-

Zoroastres, qui primus artes magicas
invenisse; mundi etiam principia, mo-
tusque siderum diligentissimè spectasse
dicitur; *Justin.* Ep. Trogi l. I. c. 1. 9.
*Plinius*, l. XXX. c. 1. graviter ait: noli
ipse tibi, Dei de te decreta, molestiora
efficere: & Ptolomæus famosissimus
astrologus perhibuisse fertur: Sapiens
multas cœli stellarumque operationes
subterfugere potest: *Grotius* de V. R.
Chr. l. 4. §. 10. p. m. 152. in not. ad h. l.
p. 425. Animi mores, naturales pro- 8.
pensiones, morbosque ex signis stabili-
bus & mansivis, physica temperamenti
corporis consideratione evolutis divinare
se posse Physiognomorum genius præ-
sumit: per omnia hominis lineamenta Prov. VI,
mentem isti ducunt & oculos, ut inge- 17. X,
nium legant ex fronte, penitusque re- 10. XVI,
conditos mores colligant ex oris specie, 30.
quod natura animis corpora sæpe confor- XVII,
mat. *Burrhus* sanè, in consilium medi- 24.
cum vocatus, icones magnorum Princi- XXI, 4.
pum & virorum sibi deposcebat, ut tan- Kohelet,
to rectius in constitutionem eorum pe- VIII, 1.
netrare posset, & quo pacto interiora vi- Sir. XIII,
scera se haberent, inquirere: Cum ali- 32.
quando Argentorati ad eum studiosus XXVII,
secreto quodam affectu diu pressus, & 25.
quidem jussu, B. Senioris *Sebizii* acce-

 deret,

deret, interrogatusq; ex quo morbo laboraret, ex pudore vero non statim responderet, dubius, quo nomine malum, quo premebatur, appellare deberet; Burrhus acceptâ protinus chartâ, & seriò hominem intuitus locum & latens circa anum hactenusque aliis incurabile malum depinxit: id quod ex ipsius *Sebizii* relatione habuit *D. D. Tack.* Chrys. A. & M. p.
9. m. 160. 162. 163. Quin imo futuras civiles dignitates, matrimonia, itinera, omnia fata, præsagire ad unguem quidam volunt; omnia se scire simulantes, quodquisque in animo habet, aut habiturus est; *Plaut.* in Trinum. Sed vel ineptiunt, vel numeris id tentant Babylonnis: *Horat.* l. 1. od. XI. *Johannes*, Philippi Audacis, Burgundiæ Ducis filius, captus in prœlio à Turcis ad Imperatorem adducebatur, hinc in maximo vitæ discrimine versabatur, sed quod opera evasit Physiognomonis: *Sleidanus* De IV. S. I. l. III. p. 352. Calanus Indus, vitæ finem prædixerat Alexandro, cum adscenderet ad rogum ardentem: Alexander rogabat, si quid vellet, ut diceret: optime, inquit: propediem te videbo: quod ita contigit: nam Babylone paucis post diebus Alexander mortuus est: *Cicero* l. 1. De Divin. 47. *Valerius M.* l. 1.

8. 10.

§. 10. Chiromantæ verò, ex rugis volæ 10.
manus, Dei exsculpere de homine omnia
sæpe decreta, tentant: mysticas vocant
illas figuras, quas otiosas & fortuitas li-
neas vocare, minime liceat; ab eo enim
penicillo duci, qui nihil fortuitò faciat:
*Th. Brown*, Relig. M. P. II. §. II. p. 341.
quidam locum Jobi XXXVII. 7. huc ac-
cersunt, rectè an secus, excutere vix licet:
conf. *M. Bernhard* Waldschmidt/ Py-
thon. End. c. XVIII. p. 181. seq. Ast 11.
cum quævis scire quidam ament, id et-
iam quod in aurem rex reginæ dixerit,
vel Juno cum Jove fabulata est; sua
maxime futura fata solicitius inqui-
runt, quibus saltem modis licitis illici-
tisve possunt, neque παντὸς κέρματος ho-
mines clanculum ex hac causa adire ac
solicitare, dubitant, dignas vero curio-
sitate sua pœnas reportant: *Jonston.*
Thaumat. cl. I. c. 8. p. 48. *Gellius* l. XIV.
c. I. vel enim à scelestissimis istiusmodi
nebulonibus, cœlestes colloeutionum fa-
miliaritates, quas nobis ademisse pecca-
tum dicit *Helmontius* Tr. Astra necess.
§. 18. perperam jactantibus; vana pro-
missionum spe, & terminis quidem am-
biguis, decipiuntur; aut justo Dei ju-
dicio, ea quærentibus prænunciantur,
quibus admodum *confunduntur*: ut re-

 liquo

Prov. X, 24 Jes. LXVI, 4. liquo etiam vitæ cursu, imaginatione læsa, noxium hocce fatum suum perpetuo timeant, usque iis tandem modis plectantur, quibus hariolus prædixerat, aut pythonissa *sibilaverat*; Jes. VIII, 19. Ps. XLI, 8. ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι Matth. IIX, 13. multis profecto causa moriendi fuit, quod morbum suum noverint: *Seneca* de Brevitate Vit. c. 18.

12\. Delphis consuluerat Apollinem Nero de incolumitate sua: respondisse oraculum ferunt, septuagesimum tertium annum caveret: putavit eo demum se obiturum, ac nihil conjectans, de ætate Galbæ, qui eum postea imperio exuit, tanta fiducia non modo senectam, etiam perpetuam singularemque concepit felicitatem, ut amissis naufragio pretiosissimis rebus, non dubitaverit inter suos dicere, pisces eas sibi relaturos: *Sueton.* in Ner. c. 40. Idem suo exemplo comprobabit, *Carolus Bironius*, Dux olim atque Mareschallus Galliæ fortissimus, Henrici Quarti temporibus: is homo, sicut inexpletæ ambitionis erat, ita astrologis, hariolisque vel magis potius, valde deditus: tandem proditionis accusatus atque captivus, capitis supplicium luit, sicut ei ante vates quidã Brossius nomine, prædixerat: hunc ceu famosum astrologum adierat Bironius,

per-

personam suam nuncii habitu dissimulans, eique thema nativitatis suæ, ab alio Genethliaco confectum, ostendit, heri sui esse dictitans, vitæ suæ fata scire cupientis: ibi ille, video sane, inquit: Nobilis iste est homo, & omnino ejusdem, cujus tu, ætatis: Bironius amplius inquit, tibi nihil dixero: tu illud tantum explicato, quanam fortuna, & quibus successibus homo ille, in omni sua vita usurus sit. Tum astrologus, paulisper in museum suum sedens, reversus, Bene habet, inquit, mi fili: is qui sic natus est, ut thema hoc demonstrat, industria sua & militari virtute, maximos consequetur honores: quin etiam prope abest, ut Rex futurus sit: sed obstat caput Algol: leve nimirum atque ineptum ingenium, quæstuosam dictis suis caliginem injicere tentabat: sed inquit Bironius, quid hoc verbum sibi vult? aliud dicere, ait Brossius, nec volo, nec volo, nec possum: post multas ultro citroque contestationes, Brossius rogantis victus pertinacia, nullo verborum usus circuitu, Homo iste, ait, eousque progredietur, ut capitis subiturus sit supplicium: quam injuriam, ut existimabat, minime ferens, astrologum miserum ita depexuit, ut semimortuum relinquent, idque facinus deinde apud

multos ipse jactavit: poterant hæc ab iis, quos postea suscepit, conatibus, retrahere Bironium, nisi Diabolus mentem ejus ita excæcasset, ut quæ ipsi magnitudinem vera, quæque exitium portenderent, falsa credidisset: *Chr. Matthiæ* l. d. p. 1141.

13. Scythæ, teste *Herodoto* Melp. s. l. IV. vaticinatores habent permultos, qui cum pluribus virgis salignis divinant: quæ illis tradita est, à majoribus suis divinatio: aliorum nitatur judicio, Hieronymum secuti, an hac divinationis specie, ῥαβδομαντεία nempe seu βελομαντεία, prisca forte Chaldæorum religione ductus Rex Babelis, Ezech. XXI, 21. usus fuerit, nec ne? sagittæ inscriptæ vel signatæ nominibus singulorum, mittebantur in pharetram & commiscebantur; hinc, cujus sagitta prior exiit eam civitatem oppugnari debere conjiciebant: Puellam ex pudendis vancinatam se vidisse, affirmat *Rhodiginus*; idem à Pythia, sacerdote Apollinis factum, *Chrysostomi* assertio est: *Jonston.* l. d. cl. X. c. 5. a. 3. p. 463. Sic ᾠοσκοπία, sive ovorum augurium paganis usitatum etiam fuit, exempla vide sis apud *Plinium*, *Ælium Spartianum*, & *Ciceronem*: quam vanam gentilium superstitionem, nescio an exæquet, an superet illa quorundam Christianorum

tum de prædictione salutis & mortis ex ovo cocto; *R. Lentilio* notata: Oolog. Curios. illa item, de ovis die parasceves editis ad extinguenda incendia idoneis; à *Martino del Rio* explosa: vid. Max. Rev. *Dn. Doct.* Schmidt/ Diss. de Ovo Mund. *B. M. Tentzel.* pag. 5. sumti ex ovis augurii exemplum habet *Sueton*, in Tiber. c. 14. Prægnans ait: Livia, cum an marem editura esset, variis captaret ominibus, ovum incubanti gallinæ subductum, nunc sua nunc ministrarum manu per vices usque eo fovit, quoad pullus, insigniter cristatus exclusus est: De præcipuis Divinationis generibus, doctè pariter & accurate commentatus est: *Caspar. Peucerus*: sed videri quoque meretur *Edo Neuhusius* l. de Divina futurorum prænunciatione. Occentus sori-14. cis auditus, Fabio Maximo dictaturam olim; C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam præbuit: *Valer.* M. l. 1. 1. 5. Aft vero, cum augur ipse ef-15. set Q. Fabius M. dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro reipublicæ salute gererentur: quæ contra remp. fierent, contra auspicia fieri: *Cicero* l. de Senect. nr. 11. Superstitiosiores, ipsi inter se 16. pagani sæpius exhibiarunt: Verus illud Catonis scitum est: mirari se ajebat,

quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset: Rex Prusias, cum Hannibali apud eum exulanti, pugnare placeret, negabat se audere, quod exta prohiberent. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis, quam imperatori veteri credere ? *Cicero* l. 2. de divinat. 51. 52. festive *Barclajus* l. 2. Argen. scribit: quendam hæc superstitio afflaverat, ut nec uxoris cubiculum intraret, nisi exploratis antea astris; si aut cauda Draconis implicabat sydera, aut ea scorpius incinctu brachiorum corrumpebat: vel omnino quid monstri minabatur in cœlis, solus oppido dormiebat. Quid quæris? nati sunt ei liberi aliquot, & omnes insani: suam ipsius experientiam hac re *Cicero* l. 11. de Divin. 99. commendat: quam multa ego Pompejo, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Cæsari, à Chaldæis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum? ut mihi permirum videatur, quenquam exstare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re & ventis refelli: neque id mirum esse debet, cum ipsorum Dii, sua sæpe decreta *Varronis* testimonio, stercori bestiarum, incluserint: Serio Deus, has
17. gentium vias prohibuit, & gravissime haro-

hariolis succensuit, Chaldæisque, quod Deut.
gentis nomen pridem in nomen artis XIIX,9.
abiit, & divinatoribus omnibus: Jerem. 10. 11.
X,2. Jes. XLVII, 13. 12. Num. XXIII, Levit.
23. Koheleth. XI, 4. 5. 6. satius ergo fue- XIX. 31.
rit, confidere perpetuo benignitati ac pro- Sirac.
videntiæ Dei, fidem ad nostram salutem XXIII,
exercentis, certissimi, quod *qui superflua* 18. 20.
Matth. X, 30. Luc. XXI, 18. *curet, cum magna securitate animas nostras* habiturum; Verbo ejus inhærere, tota nostra vita optimum est, mirificat sua consilia,
quæ expectare decet, neque festinare; Jes 28,
sanctumque sibi mirabilem facit, nos ve- 29.
ro nonnisi posteriora, videntis nos, vide- Ps. CVI,
mus. 13. IV, 4.
Genes. XVI, 13.
Job. 13, 17



# CAPUT III.

## PERIOCHE.

I.

V*Acua quædam rationis animalia, tacita futurorum præsensione videntur affici.* 2. *Exemplo galli gallinacei, & erinacei, tempestatis ventique prænunciorum.* 3. *Locus Iobi excutitur.* 4. *Cur sola vulneris m gallus, flato noctis tempore expergefiat & canat: problema* sol-

*ſolvitur. 5. Corvi, hirundines & anſeres pluviam indicant. 6. Feroces & immanes beſtiæ, cum Noa arcam ingreſſuro conjunxere ſe volentes. 7. Animalcula quædam provident ſibi in futurum. 8. Alia multiplici exitu latibulorum ſuorum, venatorum technas evadere ſatagunt. 9. Domita elephantorum manſuetudo, humanis ſenſibus proximam hanc beſtiam fecit. 10. Actus ejusmodi brutorum humanis ſimilimos, menti quidam adſcribunt. 11. His adeò contrarius eſt Carteſius, ut brutis etiam ſenſus auferat, machinas divinas appellando. 12. VVillis, duplicis generis automatorum exemplo, hoc ſe negotio expedire voluit. 13. De externorum ſenſuum excellentia, bruta animantia certare quandoque cum ipſo homine videntur. 14. Nec ſenſibus internis deſtituuntur. 15. Non tamen omnia omnes habent. 16. Logica naturali & ratiocinandi facultate inſtructa ſunt. 17. Perfectiora alia, altius adſcendunt, & experientiæ materialo, quod vocant, ſibi lucrantur. 18. Poſſunt inſtitui. 19. Simia, latrunculis ludere aliquando didicit; cum feminæ conſueſcentis exemplum. 20. Homo brutis præſtat liberè agente anima. 21. Bruta in operibus ſuis perficiendis, eodem ſemper modo pro-*

*procedunt. 22. Varias alterasiones subeunt ex aere. Hinc alias atque alias corporis figurationes exhibent, ex quibus pranuncta signa ii saltem legunt, qui diverso tempore cum ratione observant. 23. Mens humana, actione reflexa, se cogitare cogitat.*

•

TAceo solertiora bruta, quæ futuro- 1.
rum præsensione occulta affici, ra-
tionis saltem discursum in homine,
qua nescio futuri præmonitione con-
natâ, adjuvare antiquis visa sunt. *Quis* 2.
*dedit gallo intelligentiam?* Ita locum
Jobi XXXVIII, 36. vertit Vulgatus:
Daß nemlich derselbe prognosticiren/
und die Zeiten besser als ein Stern-
seher verkündigen kan: Er rüffet die
Stunden aus/ wie ein treuer Nacht-
wächter: Er tröstet die Pilgram
auff ihrer Nacht-Reise/ und vertrei-
bet den Krancken die lange Weil:
Er läst sich nicht allein hören im
Sommer/ wie andere Vögel/ son-
dern auch im Winter/ nicht allein
bey Tag/ sondern auch bey Nacht:
Er lehret nicht nur etliche/ sondern
alle Menschen/ nicht nur etliche Tu-
genden/ wie die Taube und Schwalb/
und Kranich/ sondern die Buße/ wel-
che

che alle Tugenden begreifft: Daß
man eigentlich von ihm sagen kan/
was Gleichnüß-weiß von einem
vollkommenen Menschen gesagt
wird; Er ist aus einem Ey gezeuget
worden: Prodiit ex ovo: Joh. Ludw.
*Langhans.* Susp. Pass. medit. XII. c. 2.
3 p. 135. Locum istum Jobi LXX. inter-
pretantur; Τίς δὲ ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος
σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην: verum in se-
ptuaginta æque ac Vulgatum probe
animadvertit *Steinbuchius*, Dissertatione
de Gallicinio in verbis Christi; pag. 20.
& oscitantiæ alicujus accusat: hinc et-
iam autoritas ipsorum parum valebat
apud *B. Lutherum*, quod plures loci es-
sent, in quibus aut improbitate halluci-
nati essent, nisi aliquis nebulo librum
ipsorum corrupisset; *Luther.* in Genes.
XLVI, 26. 27. rectius ergo *B. Schmidius*
Locum hunc traduxit; Quis posuit in
renibus sapientiam? aut quis dedit in-
4 tellectui intelligentiam? Cœlum certe
sola volucrium adspicit falcatam caudam
in sublime erigens. *Plinius* l. 10. c. 21.
quod mirari subit; gallo nempe gallina-
ceo eam messe naturam, ut solem ad
omnes mundi angulos festinantem, ala-
rum gestu, congratulantis assumens per-
sonam, persequatur, modo ter, quater
&

& pluries salutet, atque resalutet. *Rod. à Castro* l.d.l. 4. c. 7. p. 245. Greg. *Horst.* Disp. III. Instit. Med. Cor. II. Ex IIX. Q. XVI. *Vossius* l. d. l. 3. c. 88. p. 121. sed putaverit quis omne hoc, quod de *cantu galli* ferunt authores, ad effecta calidioris temperamenti posse reduci, ubi spiritus igneos, quodvis fere titillat objectum, causave externa, ut in motus ferantur rapidiores, & circa præcordia tumultuentur, donec disjecti per corpus alarumque brachia, manipulatim explodantur, ac detonent; vel vehementiori illa alatum vibratione, vel exsufflatione per fauces sonora, aut iterata venere: insignis hæc spirituum copia, gloriabundam hancce avem effecisse videtur, ceu suo sola sterquilinio plurimum posset, quin uno vocis robore admodum sibi placet, deque responso alterius sollicita, cantum iterat, caput vertit, auresque porrigit, ubi socius in vicinia superaverit, facile silet:

Ἕως ἐξόπιστεν ἐλέγξος.

*Homer.* Batrach. Quidam Byzantii habitus pro divino, quod, cum erinaceum domi haberet, ventum inde prædiceret: *Aristoteles* l. 9. Hist. An. c. 6. *Vossius* l. d. c. 59. p. 1048. Pellem phocarum, corpore etiam detractam, æquorum sensum retinere, tradit *Plin.* cui adstipulatur propriis

priis edoctus experimentis *Rondeletius*, dubitare tamen de fide miraculi videtur Exc. D. D. *Hartman*. Diss. de Phoca c. 5.

5. §. 3. Glocitatio corvorum, hirundines terram volatu radentes, anseres mersitantes se aquis, & dorsum proluentes aqua, pluviam prænunciare dicuntur. Attico suo scripsit olim *Cicero* l. XV. Ep. ad Attic. 16. pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt: Ranæ enim ῥητορεύουσι. *Plautus* pluvias significari ait in *Curcul.* cum
6. arcus bibent. Quando Noacho ex omni animalium genere, bina in arcam introducere à Deo præcipitur; quæri solet: quomodo feroces & immanes bestiæ, ab ipso cogi potuerint, naturis earum propter peccatum jam mutatis? & respondent, has feras miraculose ingressas, atque verbo Dei coactas esse, ut Noah facile postea ducere valuerit: quin iram Dei præsensisse, & horribilem illam calamitatem futuram: apposite omnino B. *Lutherus* Enar. in Genes. VI, v. 19. cygnea sua cantione *Melanth.* Præf. T. III, & *Besoldus* Præf. T. IV. cui libro, juxta de se ipso prophetiam, immortuum B. Virum ferunt: serio namque voverat Patriarcharum invicta fide excitatus, ut
Act. Ap. XX, 24. τὸν δρόμον σου μετὰ χαρᾶς, finiret, Deo suo us-
Ps. 146, 2. que psallendo; ait: sicut brutæ naturæ,

præ-

præſenſiones quaſi & præſagia, imminentium malorum habent, & ſæpe quaſi ſenſu aliquo miſericordiæ motæ, ingemiſcunt pro homine, in manifeſto periculo conſtituto; ſicut apparet in canibus & equis, qui dominorum pericula intelligunt, & eorum ſenſu ſe affici oſtendunt, dum canes querulantur, equi tremunt, & largum ſudorem emittunt: quin etiam feræ beſtiæ non raro in periculis ad hominem confugiunt: hic igitur ſenſus, cum alioqui in brutis naturis ſit, quid mirum eſt, ſi hic quoque tali modo divinitus, ad imminens excitatæ periculum, ſe volentes cum Noach conjunxerint? nam textus oſtendit acceſſiſſe volentes: ſicut & hiſtoriæ reſtantur, & experientia comprobat, quod cum aut peſtilitas ingens, aut magna clades imminet, lupi, ferociſſimum animal, non in pagos ſolum ſed in ipſa etiam oppida nonnunquam irruant, habentes refugium ad homines, & quaſi humiliantes ſe, eorum requirant opem: hactenus Luther. I. d. Alia provident ſibi in futurum ut 7. apes:

*Quæ patriam ſola, & certos novere penates*
*Venturaque hyemis memores, æſtate laborem*

*Experiuntur, & in medium quæsita reponant.*

*Virgil.* l. 4. Georg. festivè igitur *Quintilianus* Decl. XIII. cum ingenia nostra (quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores; proxima divinis credimus) ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur. Quid credas aliud, quam divinæ partem mentis his animis inesse?

*Ac veluti ingentem formicæ farris acervum*
*Cum populant, hiemis memores, tectoque reponunt:*

8. *Virgilius* l. 4. Æneid. Sunt animalia, quæ latibulis suis diversos pluresque exitus pandant, ut, si quod periculum inciderit, fuga obsessis pateat: quod non facerent, nisi inesset illis intelligentia & cogitatio: *Lactantius* l. de ira Dei c. 7. *Lucretius* l. V. *Ovid.* fragm. Hal. sic mus pusillus ætatem uni cubili nunquam committit suam; quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium quærit: notante *Plauto* in
9. Trucul. Eccui non audita Elephantorum docilitas, domitaque mansuetudo, in horribili illo virium experimento: novo spectaculi genere, funambulos edidit olim Galba: *Suetonius* c. VI. hinc non adeo male *Plinius* l. 8, c. 1. proximum esse

fe humanis fenfibus, quippe intellectus illis fermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere memoria: *Lipf.* in encom. eleph. Chriftoph. à *Cofta*, de Atom. Th. *Barthol.* c. V. hift. rar. 31. *Jonfton.* Thaumat. *Sturm.* Dift. de Elephante, habita Altdorf. 1696 ubi occafione illius, qui anno 1695 Germaniæ fuperioris loca pleraque oberravit, brevis elephantorum hiftoria texitur, omiffis fufpectis & incompertis: Cum tot mi- 10.
randos in brutis effectus, actusque humanis fimilimos quidam obfervarent, qui non nifi à ratione, & in fcenam adfcita anima immateriali, poffent proficifci, amplius haud dubitarunt, mentem quoq; brutis iftis & intellectum attribuere, quin animas indivifibiles & poft corpora fubfiftentes: amplexi funt hanc fententiam ex veteribus: Pythagoras, Anaxagoras, Empedocles, Parmenides & Democritus: ex junioribus Valla, Antonius Cittadinus & Hieronymus Roranus, libro quem de intelligentia Brutorum infcripfit: vid. *Voff.* l. d. l. III. c. XLI. p. 938. feqq. eandem opinionem Philo Judæus foviffe dicitur: notante Eufebio apud *VVepfer.* Cicut. Aq. Hift. & Nox. c. X. p. 131. *Galenum* accenfet *Bodinus* l. 4. Th. N. His ideo contrariatur μηχανικώτερον *Cartefii* in- 11.

Orat. fuaf. ad artes c. I.

 geni-

genium una cum sectatoribus multis, ut cum opinione ipsorum idem esset αἴσθησις atque διάνοια, sensus & cogitatio mentis, & tamen sensus sine mente esse non possint, quæ olim etiam opinio fuit, tum Stratonis Physici, qui Theophrasti fuit auditor, tum Ænesidemi, referente Sexto Empirico adversus mathematicos, brutis sensus quoque demant, motum interprete *Antonio Le Grand*, & omnes eorundem actiones, ad mechanicam partium dispositionem referentes; bruta vocant mera automata, & machinas divino constructas artificio; habere ea oculos nec tamen videre, instructa esse auribus nec sonos percipere, naribus gaudere & non odorari, linguis uti & sermones non discernere, de loco in locum moveri, instar automatorum pneumaticorum, aut hydraulicorum: ast vero, ridiculum & insanum vocat Cartesianorum hoc dogma *Vossius* l. c. quod avorum nostrorum temporibus amplexus esset, *Gometius Pereira*, Philosophus ac Medicus Hispanus in opere excuso Methynæ Campi ann 1554 triginta à se annis elaborato; quod ab Antonii & Margaritæ, parentum suorum nominibus, Antonianam Margaritam inscripsit, tuetur vero eam opinionem in apologia hujus margaritæ, qui obj-

objectionibus Michaelis à Palacios Theologi Salmanticensis, respondet: docet utrobique (ut verbis ejus insistam) illos motus brutales, quicunque in brutis visuntur, non fieri à brutis videntibus, aut audientibus, aut gustantibus, seu per quemcunque alium sensum exteriorem, seu interiorem, vitaliter sensifice immutatis: sed vel ab speciebus objectorum inductis in eorum organis, nostris sensitivis similibus, cum præsentia sunt sequenda, vel fugienda: vel à phantasmatis, cum hæc absunt: Inge- 12.
niosissimus *Willisius* P. 1. De Anim. Brut. c. VI. ut his curis se exsolvat, exemplum duplicis generis automatorum subministrat; in plerisque, inquit: mechanicis vel arte humana conditis, materiam superavit opus: ecquis enim putaret, ex ferro & ære utpote fixissimis & inertissimis metallis, instrumentum parari, cujus orbes cœlestium æmuli absque motore externo, motus fere continuos observarent, quorum periodi vice constanti renovatæ, temporum spatia certissime emetirentur? Nemo miratur à vento fistulæ inspirato, sonum quendam rudem & simplicem edi; at vero à flatu organis musicis immisso, eoque per multiplices valvularum aperturas, in has aut illas fistulas varie tra-

traducto, harmoniam gratissimam, & modos cujusque generis compositos creari, hoc inquam merito obstupescimus, & effectum hunc, tum instrumenti materiam, tum musici pulsantis manum, longe præcellere agnoscimus: Porro licet organum musicum, pulsantis operam utplurimum requirat, cujus scilicet directione, spiritus nunc in has, modo in illas, aliasque tibias admissus, multiplices concentus & infinitas fere modorum varietates efficit; interdum tamen tale instrumentum ita paratum vidimus, ut fine musico dirigente, valvulis certa lege, ac fere, mero fluvii cursu reclusis, eadem fere harmonia, modique pari arte compositi referantur: Et quidem videtur homo organo priori *similis*, in quo anima rationalis, musici pulsantis vicem sustinet, quæ scilicet spiritus animales regens ac dirigens, inferiores animæ facultates pro libitu disponit, ac ordinat; verum anima bruti vix sui, aut facultatum suarum moderatrix, propter fines ei necessarios, plures actionum series, eas tamen, (velut harmoniæ modulos, ab alterius generis organo hydraulico scilicet productos) lege quadam ac norma regulariter præscriptas & fere semper ad idem determinatas, instituit: in hoc laudandus est hic Autor,

æternâ memoria dignissimus, quod inter bruta & machinas, saltem similitudinem statuat, neutiquam vero identitatem; perfectiora vero bruta quædam, naturaliter ita dotata esse affirmat, ut circa res quasdam eis necessarias, etiam cognitione polleant acquisita; ut actiones longè plures & intricatiores post modum edant. Ex externis sensibus communiores sunt, 13. *gustus* & *tactus*, in quovis fere animali reperiundi: Ursus autem in naso percussus facillimè irritatur: hinc proverbium: Ne tentes nasum ursi: uno profectò *odoratus* beneficio sæcla servantur ferarum, namque circa herbarū vires pernoscendas, supra hominem sapere videntur: primoque libamine statim quæ alimenta, quæ medicamenta, quæque venena sint, sentiunt; nos interim nisi experientia, & longa institutione edocti, virtutes istas ferme ignoramus: *Willis*. l. d. c. VI. & c. XIII. p. m. 51. & 101. in homine deficientissimus hic sensus est, ut ipsius prudentiæ locus relinquatur necessitati nutrimenti totaliter in brutis deserviens: Th. Aquin. apud *Voss*. l. d. c. 30. p. 867. Vulturios triduo prius prædivinare quo die esuri sint *Plautus* in *Trucul.* ait, eorum gregatim volantium adventum *pestem præsagire* affirmavit *L. Joubertus.*

*Auditu* carere bruta, aurigarum negabit tantus clamor quo æque ac scuticâ ad virium memoriam caballos suos revocant: *Visu*, aquilam nobis præstare omnes fatentur: viam invenit in cœlis Prov. XXX 19. cum

*Consulit ardentes radios, & luce magistra*
*Natorum vires, ingeniumque probat:*

*Claud.* Præf. Paneg. de ter. Conf. Honor. A. aut cum in longinquum oculi ejus prospiciunt, ut ex summitate petræ ci-
14. bum perverstiget: Job. XXXIX. 32. Et qui potest sensuum externorum circulo, *sensus communis* centrum deesse, hinc neque hoc bruta destituuntur animantia, ut ad internorum deveniamus sensuum collegium: *phantasia* profectò vi, noxia visa fugiunt, & salutaria qua licet via, persequuntur: *memoriam* bovis & asini Jesaias I, 3. ciconiæ, turturis, gruis & hirundinis Jeremias VII, 7. Propheræ no-
15. bis commendant: Partita vero est Natura, sensus tum internos tum externos, nec cuivis speciei omnes semper concessit; quædam solo gustu ac tactu contenta sunt, objectis forte præsentibus; alia post actum sentiendi, retinent in anima rerum

sen-

sensu perceptarum simulachrum cum interim non audiant: alia simul audiunt: alia leviori alia fortiori impressione: Ast vero bruta, vel scientiam habent connatam, naturalesque instinctus, quando secundum typum originalem & antiquissimum, principus ipsorum & naturis, in prima formatione à Creatore in fixum & impressum, actiones, speciei, vitæque propagandæ vel conservandæ commodas tantum, edunt: quas orbitas bruta imperfectiora nunquam excedunt, quæ non tam agunt, quam aguntur; naturali tamen logica, & ratiocinandi facultate paulùlum instructa, ut habent hunc finem, sic etiam media, & eum ducentia, sedulo inquirunt & dignoscunt: pullus gallinaceus quam primum ovo exclusus, comedit asperfa grana, sub alas gallinæ se recipit, milvumque imminentem aufugit, hinc sine duce quovis aut monstratore, contra famem & frigus remedia perquirit, inventa avide amplectitur, & speciei suæ peculiares actiones secreto congenitæ indolis impulsu, & potestate cœca perficit: Aves propter verni solis influentiam, ad prolificandum instigatæ, sine impulsore quovis alio, aut directore, huic operi velut consulto, & præmeditate accingunrur; nam cum so- 16.

lenni quasi sponsalium ritu conjugia ineunt, locum habitaculo extruendo idoneum eligunt, ubi nidum quidem, supra humanæ architecturæ solertiam artificiosè conficiunt; denique ova pariunt, incubatu in pullos formant, eosque victu sedulo conquisito enutriunt; quid dicam, de formicarum illa messe, apumque regno, quo sine scriptis legibus, aut promulgato jure, regiminis perfectissimi modi exercentur; vid. *Willis* l. d. & Max. Reverend. D. D. *Ioh. Andr. Schmid*. Diss.
17. de Republ. formic. Solertiora alia perfectiorave organis corporeis bruta, quorum hinc actiones ad plures & præstantiores usus ordinantur, præter Logicam illam naturalem innatam, multiplici specierum sensibilium impressione, & subsidiis adventitiis, pro vario objectorum externorum impulsu, ita in rerum *singularium* notitia proficiunt, ut memorandi etiam habitum assuetudine, ex sæpe iteratis unius ejusdemque rei observationibus, spiritibus animalibus sponte sua in motum sæpè concitis, & priora in cerebro excusa vestigia repetentibus, acquirant: itaque *experientiæ materiale*, sine universali per abstractionem quandam rerum-
18. que inter se collatione, possideant: Sic

exemplo vel imitatione quadam instituti possunt prout alia ab aliis ingenio, prudentia, docilitate atque stupiditate differre novimus. *Simia*, animal mimi cum, ut corpus humani æmulum gerit, ita etiam moribus quibusdam externis hominem ita plane refert, ut à nonnullis species illius imperfectior censeatur; cerebro capaci & calidissimo præditum gesticulationes omnes fere, quas uspiam videre illi contigit, prompta & expedita membrorum compositura, ad amussim imitatur, cumque memoria insigni simul polleat, technas quoque semel peractas, firmiter retinet, atque pro libitu iterat. Latrunculis ludere aliquando didicisse, fidem facit *Plinius*, *Vossius* l. d. l. III. c. 59. 19.
Mulier quædam Lusitana, cum propter commissum crimen in Insulam quandam desertam deportata esset, cum simio, quibus fertilis is locus fuit, consuevit, duorum ex fera liberorum mater facta: clapsis aliquot annis, navis eò diingente ita Deo, appulsa est, hinc cum milites in terram aquatum ex proximo ad antrum fonte exscendissent, & forte fortuna simius abesset, ad invisos diu mortales femina accurrit, supplicatura, ut facinore se & calamitosissima servitute ereptum irent, illis adsentientibus navim conscen-

dit; sed ecce supervenit simius, ac inconditis gestibus & fremitibus conjugem non conjugem revocat: ut vela ventis data videt, concito cursu de liberis unum matri ostentat, minatur, ni redeat, in mare præcipitaturum; nec segniter fecit quod minatus: tum recurrit ad antrum, & eadem velocitate ad littus rediens ostentat alterum, minatur, & demergit: subsequitur, donec undæ natantem vicere: Rem totam Lusitania teste notissimam, & à Rege mulierem Ulyssipone addictam ignibus, quorundam precibus vita impetrata, lethum cum claustro perpetuo commutasse; ex Castanenda retulit in Annalibus Lusitaniæ *Fort. Licetus* de Monstr. l. II. cap. 68. p. 217. plane stupendi sunt habitus, quos *equi*, *canes* & *aves*, disciplina ab hominibus sedulò instructi, assequuntur: nec tantum ab hominibus, verum à consociis suis, prius edoctis, consuetudines subinde novas & præstantiores imbibunt: nimirum instinctus naturalis, cum notionibus sensu acquisitis, complicatus, ad propositiones circa res plures faciendas, eliciendasque deductiones, specie discursus seu ratiocinationis fertur: ut adeo tres illos cognoscendi actus, simplicium apprehensionem, compositionem & divisionem, discursum seu syllo-

syllogismum, in brutorum genere reperias: vid. Max. Reverend. *D. D. Schmid.* Diss. de Chrysip. Brut. Log. sic multæ sunt ad mirandæ historiæ, quæ de vulpis astutia & technis, pro victu acquirendo, ab ipsa adhibeti solitis, feruntur: ut gallinas intra catenæ, quâ alligatur, ambitum alliciat, cruribus exporrectis jacens, simulat se mortuum, dein eas propius accedentes improviso aggreditur: nunciatum audivi, inquit *Willis* l. d. quod vulpes quidam sylvestris, ut gallum indicum super arboris ramo pernoctantem, vocaret in suum captum hoc dolo usus erat: arboris truncum gyratione celeri circumiens, oculo intento avem continuo suspiciebat, quo facto, gallus ut vulpem circuitus facientem usque intuitu suo assequatur, simul caput suum circumducebat, donec vertigine affectus è sublimi in fauces hostis sui corrueret: dico vulpi *insitum* esse, ut avibus domesticis tanquam prædæ suæ insidietur, ut vero insidias ejusmodi illis struat, hoc notionibus, sensu experientia, vel imitatione prius acquisitis, cumque instinctu naturali complicatis, debetur: verisimile est, quod vulpes prius didicerat experientia, gallinas ipsam instar mortui jacentem, haud pertimescere; quod casu compererat, cum antea defessus, aut somnum

somnum capescens, humi decumberet: pariter forsan cum circa arborem cursitaret, gradum quo ad gallum adscenderet, quærens, præda in fauces ejus decidit, quare postea, cum prædam captat, easdem actionum series repetit; quippe quod antea factum noverat, idipsum denuo fieri posse præsumit. In utroque casu aliisque similibus, totius rei gestæ, sive molitionis ratio, in has propositiones resolvitur; vulpes prædam oculis objectam quoquo possit modo captare satagit, hanc olim aliquando hujus aut illiusmodi technis, casu quodam inventis, captaverat: hæ sunt præmissæ, quarum prior à natura, secunda à sensu & experientia; conclusio sequitur; ergo vulpes pro captanda præda sua, iisdem technis denuo utetur: juxta hujusmodi analyticen, intricatissima brutorum facinora, quæ ratiocinium continere viderentur explicari, atque in notiones animæ sensitivæ competentes,
20. reduci posse confidit: Willis. l. d. Sed homo hoc magis brutis istis excellit, quò dies nocte, corpus umbrâ, ordo confusione superior est: in nares solius hominis inspiravit Deus *animam vitarum* Genes. II, 7. *spiritum Dei* in nasum ejus Job. XXVII, 3. *spiraculum omnipotentis Fulminatoris* intelligere facit eos & vivificat.

Job.

Job. XXXII,8. XXXIII,4. XXXV,
10.11. nempe *lucerna Jeh. va (est) anima hominis*, perscrutans omnia penetralia (ταμεῖα) ventris. Prov. XX, 27.
Matth. VI, 22. Luc. XI,34. hæc *vasculo vitreo* seu sobrietate purgato corpore servata, homines probè illuminat; motuque cordis *scintillante* simul atque flatu
*Spiritus nasi*, nobis planè obvia est: Intellectu ergo & voluntate præditus homo, animam liberè *agentem* sortitus est &
*superiorem*, quæ corporeæ *patientisve* Gen. I. 26. V, 1.
facultates quasvis & actus moderatur ac IX. 6.
regit, perque omne artium se genus Ps. 32, 9.
diffundit: animo complectitur doctrinas Arist. 1.
universas, divinis etiam, immortalibus ac Eth. c. ult.
sempiternis studet. Quot ejus inventa! urbes legesque condit; alia innumera utiliter prospicit; nec modo cogitat de propinquis, sed etiam speculatur, quid rerum geratur apud Antipodes. Et quod
omnium præcipuum, animum ipsis *syde-* Gen. I, 14
*ribus* infert: eorum motus & magnitudines observat, inde & anni quantitatem, & dierum noctiumque inæqualitatem cognoscit: deliquia cœlestia, quotquot fuêre, recolligit, futuraque prænunciat: ast brutorum anima agit *necessario* ac præfinito: homo deliberat, an expediat hominem interficere, & ut optimè id fieri

ri queat: non itidem consultat felis, an necare murem velit, & quâ id viâ facilimè possit: homo numerorum habet ideam, & ex unitatibus collectam multitudinem definire novit; quâ bruta scientiâ carent, etiam loquelæ humano studio
21. assuefacta. Neque bruta, opera diversi generis, vel quæ sunt ejusdem generis, vario ritu administrant: ad alia vero prioribus haud difficiliora, vel sublimiora peragenda, protsus sunt inepta: *Grotius* l. d. l. I. §. 6. 4. & l. 4. §. 5. p. m. 141. in not. ad h. l. p. 416. 417. sic hirundines eadem semper ratione, nidificant sub tectis, non sub arboribus; simili ratione araneæ telas texunt: *Voss.* l. d. l. III. c. 41. ejusmodi ergo brutorum incepta, non tam ab interno animi proposito, vel mentis conceptu, ac dialogismo, facta per causas diductione proficiscuntur; quam ex principio certiori & fixo, juxta legem ac normam ipsorum naturæ inditam, & antiquissimè præscriptam, fluunt; quod cum semper ad idem sit determinatum, *naturalis instinctus* nomine communiter venit.
22. Obviis vero externis, & tempestati consentiens animæ corporeæ motus, in brutis efficit ut hæc illave munia, corporis sui machina, lege automati prompte & constanter exequantur; ita quidem ut

ut de mox futuris nimbis cœlique consti-
tutione pluvia, ii sumere prænuncia
signa queant, qui actiones eorum, mem-
brorumque corporis figurationes, cum
ratione sæpius observarunt: Mens vero hu- 23.
mana, reflexa actione se ipsam intuetur,
cogitat se cogitare, ac exinde propriam
existentiam agnoscit, neque à sensu vel
phantasia percipiendam; præterea Deum
infinitum ac æternum esse, ipsi cultum
deberi, angelos sive spiritus dari, cœlum
ac inferos esse, beatitudinis ac supplicii lo-
ca, pluresque alias notiones mere spiritua-
les, à sensu & phantasia haud edocendas,
proprio intellectus lumine comprehen-
dit: *Willis* l. d. c. 7. Quin anathematis
fulmine ferire isthanc sententiam Theo-
logos posse, quæ hominem *vasculum* Ecl. LII.
*Jehovæ* à beluis, majore tantum intelle- 11.
ctus & nobiliore gradu, non vero essen- 1. Thess.
tiæ fecernat, existimat: *Libavius* P. II. IV. 4.
Sing. c. 3. p. 343. Salvatorem nempe no- 1. Cor.
strum bestialem naturam haud assumsisse, III. 16.
nec pro bestiis Ecclesiam instituisse VI. 19.
vitæque merita æternæ. 2. Cor.
VI. 16.

)( o )(

# CAPUT IV.

## PERIOCHE.

1.

*Brutorum sermones vocesve ex antiquis quosdam intellexisse, fama est. 2. Mater pueri cujusdam servi, artis hujus callentissimi, datâ operâ, hac eum scientia fraudavit. 3. Lynceorum Islandicorum mentio fit.*

1. Neque, ut hoc etiam addam, vel Salomonem, vel Apollonium Tyanæum Cappadocem, celebrem & perfamiliarem Vespasiano Magum, hinc Apostolis coævum, de quo lepidè *Paraus*: vel Melampum, Tyresiam, Thaletemque, brutorum sermones *Lactantius* l. d. vocesque intellexisse, verisimile est: Gr. *Horst.* l. d. Exerc. IX. Q. V. *Voss.* l. d. c. 44. pag. 962. seqq. *Deusing.* De Rat. ac loq. Brut. animant. §. 75. quomodo loquela brutorum ab hominibus intelligi & percipi possit; docet: *Hieronymus Fabrici-*
2. *us ab Aquapendente* integro libro. Mulier quædam, refert cap. 1. filio suo, puero servo, quod locutiones avium, à matre edoctus, optime percipiebat, in aures

aures insinxit, ut artis istius oblivisceretur, verita, ne Regi dono daretur. Ingenii ve- 3. ro acutissimi licet, aciem eludit, si quidem tota res Magiam Diabolicam haud sapit, Lynceorum Islandicorum stupenda sagacitas: meminit *Ol. Borrichius* vol. II. Act. Hafn. LXXX. pag. 199. hi nulla adhibita arte, nullo aggravante morbo, ab incunabulis sibi adhærere referunt illam videndi acrimoniam, ut hominum sive umbras anteambulones, in animalis cujusdam speciem formatas, sive genios appellare mavis, clare, distincteque conspiciant, & ex figuris umbrarum, de occulta inclinatione hominum judicent: duo in illis mira, unum quod sæpe horis aliquot prænoscant, hujus illiusve hominis adventum, rogatique causam, respondent: videre se jam tum præcursoriam venturi umbram, ut longo quandoque intervallo corpus suum antecedentem: alterum, quod tecta hujus hominis consilia, ad rapacitatem propendere ex lupina umbræ ipsius specie; illius ad versutos astus ex simulachro umbræ vulpinæ; istius ad generosos impetus ex imagine leoninæ &c. prodiviment: *Borrich.* l. d. *Erasm. Francisc.* Prot. Infern. p. 636.

# CAPUT V.

## PERIOCHE.

1.

*DE Divinationis dono Regibus concesso quaritur. 2. De Idiotarum quorundam peregrinis linguis præsagitione improvisa. 3. Lutheri sententia de fanoticis. 4. Moniacis ac melancholicis familiare est ut fatuentur. 5. Adstruitur hoc exemplis. 6. Dæmon se morbis interdum immiscet. 7. Insidiatur inprimis meloncholicis. 8. Sed altioris sphæræ phænomena probè in ægris dignoscendo. 9. Divinondi facultotem unde deduxerint Gentes. 10. Vaticinatores in Scriptura Socra vocantur* die Wahnsinnige. *11. Fæmina præ moribus illusionibus Satons auscultant. 12. De adventu Hisponorum Indi olim præmoniti fuere. 13. Diabolus, quod callidissimus est, actorum bene memor, futuro quandoque prædicere potest.*

1. DE Divinationis dono, in subodorandis rebus occultis& indicandis causis perplexis: Prov. Sal. XVI. 10. vel ἐνεργεία ἐν Κρίσει 1. Reg. III. 26. 27.

Re

Regibus à Deo concessa, varia observavit: *Petrus Molinaeus* l. 1. Vat. c. 20. p. 40. hinc eum optimum vatem dixit *Euripides*, qui bene conjiceret: Alphonsus Rex Neapolitanus, cum quidam pater suam dimittere servam recusaret, filium suum esse negans, quem ista pepererat, venire sub hasta jussit; quod cum pater fieri videret pietate motus filium agnovit, matri libertatem indicens. Sagacitatis ejusmodi exemplum etiam Augustus Caes. R. praebet: cum juvenis quidam judaeus genere, semet ipsum adoptaturus in Herodis familiam, Alexandrum Herodis filium se fingeret, per occasionem similitudinis, qua multis persuaserat, illis etiam, qui valde familiares olim Alexandro fuerant; Caesari tamen imponere non potuit: observabat enim pseudalexandrum, manus habere duratas opere, & corporis illa gratia carere, quae solet bene natis & educatis contingere, hinc in deliciis haud vixisse: coepit ergo de dolo cogitare, & seducto parum adolescente, monuit promissa impunitate, indicaret commentum: quod cum fecisset, allectus fuit in remigum ordinem propter membrorum robur: vid. *Joseph.* Antiq. Jud. l. XVII. c. 14. idem hoc exemplum *Molinaeus* l. d. commendat, aliudque ex Dio-

tionem se corrumpit. Ei grata non est: Timet ejusmodi fanaticis & Suermeris hominibus *B. Lutherus*, verba ejus ex scribere pigendi res operis haud mihi visa est; ita verò infit: Enar. in Genes. XVII. 22. XXII. 11. XXVIII. 16. Apparitiones Dei extra verbum & Sacramenta expetendæ non sunt, quin imo magna ingratitudo est, has *Dei faces*, ut Scriptura vocat, negligere, & quærere interim apparitiones & revelationes alias: si enim Deus nunquam mihi appareat visibiliter sicut Abrahæ, ne quidem id cupio, & quod plus est, crederem nollem Deum esse, nisi manifesto cogerer: quia ad salutem æternam mihi satis est, quod sum baptizatus, quod audio Evangelium, quod virtute clavium absolvor: quod si Deus vult me alloqui in somnio, & monere de rebus temporalibus, sicut monebat Magos, redituros ad Herodem; Bene: sed ad vitam æternam nulla alia revelatione mihi opus est, nullam igitur cupio: & si offeretur, suspecta mihi esset ob Satanæ insidias, qui se in Angelum lucis transformare solet? abunde enim se mihi Deus ostendit in Baptismo & ministerio: cum Domino Deo meo ab initio causæ meæ sic transegi, quod velim credere Mosi & Pro- 3.

phetis: neque visiones pro hac vita desidero, neque ad futuram iis mihi opus: Davidicum potius malo intellectum, quam apparitiones & propheticas visiones, quas nec Davidem magnopere desiderasse arbitror: multi fanatici Spiritus me adorti sunt, quorum alius somnia, alius visiones, alius revelationes jactabat, quibus nitebantur me erudire; sed respondi me non expetere ejusmodi revelationes, & si quæ offerentur, me iis non habiturum fidem: idque ardentibus votis precatus sum, ut daret mihi Deus certum sensum & intellectum scripturæ sanctæ; si enim verbum habeo, scio me recta via ingredi, nec facile falli aut errare posse. *Luther.* l. d. fol. 227. 228. 550. 599. Vere igitur Ecclesiasticus XXXIV. 5. Divinatio, & auguria & insomnia vana sunt, & sicut parturientis phantasias patitur cor tuum: Novi quosdam, ait Luth. l. d. f. 530. qui gloriabantur de suis speculationibus, quarum suavitate ita capti essent, ut viderentur sibi quodammodo rapti & sublati in cœlum: Tales ego non amo, nec unquam mihi exoptavero: quia sunt sine verbo, & qui eos sectantur, sunt homines ignari legis
4. & Evangelii. Est vero id genus erroris maniacis ac melancholicis admodum familia-

liare: refert *Antonius Guainerius*, se rusticum quendam melancholicum vidisse, Johan. qui semper luna existente combusta carmina composuisset Latina, & transacta Jonston. Thaum. N. cl. 2. combustione, circa 2. dies ad illam lunæ combustionem, ne verba Latina proferre potuisse: Spoletanum quendam c. 7 a. 1. p. 480. 5. narrat *Erasm. Roterod.* Enc. Med. cum in maniam incidisset, locutum esse idiomata, quæ nunquam didicisset, recuperata vero valetudine, cum exorcistæ dæmonem curare nequiissent, pluribus ejectis vermibus, ab exhibitis medicamentis, ea amplius loqui non potuisse: vid. *Lang.* l. 2. Ep. 35. *M. Ruland.* P. cent. III. cur. 100. *Forestus* l. 10. obs. 19. mulierem novit melancholicam, quæ cantiunculas latinas & hymnos cantaverit, quos nunquam didicisset? puerum itidem nautæ filium, qui, cum in capite esset vulneratus & deliraret, Germanica semper lingua, optimos syllogismos fecerit, quos postea cum curatus esset, facere nescivisset; ægrorum exempla qui variis linguis loquuti fuerint habet etiam *Borellus* cent. II. obs. 54. Miles Dæmoniacus apud *Barthol.* T. II. Act. Hafn. VIII. p. 11. nullum fere articulatum eloquebatur verbum, quod potuisset intelligi, & si quid interdum expres-

 fit,

fit, in ea cuilibet lingua respondebat, qua ipsum quis fuerat allocutus, sive Gallica sive Latina, vel alia: sed cum in summo furore versaretur consilio cujusdam decurionis, artubus tiliæ cortice revinctis, quievit: nostræ ætatis exemplum est virgo, Anna Maria Schubartin, annis superioribus 91. & 92. ni fallor, Erphordiæ degens: hæc referente *Exc. D. D. Vesti*, Med. Prof. Ord. ecstases non unas perpessa est, quarum occasionem spectrum præbuit, ex terrore enim isthoc multa symptomata secuta sunt, ad quæ virgo multas visiones referre habuit, quibus Deus beatitudinem æternam & damnationem ipsi coram stitisset: ex quo bonitatem Dei prædicare, de conversione propria lætari, alosque ad pœnitentiam serio hortari, nec non multa Scripturæ S. dicta, nunquam antea memoriæ suæ mandata, recitare cœpit: hæc vero animi deliquia multæ ecstases exceperunt, quæ interdum per dimidiam, interdum per integram, plures ve horas durarunt: post aliquot dies autem, cum ecstases crebrius recurrerent, de conversione, bonitate Dei, gaudio beatorum & damnatorum miseria, carmina locuta est: ex quibus unum adferre placet, quod calamo

mo confestim excipi jusserat D. D. Vesti:

Die nur halten fest an mir/
Will nicht lassen sincken;
Sie seynd schon im Himmel hier/
Sollen allzeit trincken/
Christi Blut/
Ihn zu gut/
An dem Creutz vergossen/
Auß Christi Wunden geflossen/ 2c.

quæ phœnomena à Festo Nativ. Christi, ad usque Festum trium Regum perdurarunt: Max. Rev. D.D. Jo. And. Schmidt/ olim Phil. Profess. Jenensis, hodie S.S. Theol. Doctor & Profess. Ord. in Acad. Julia, de Ecstasi ea occasione Anno 1692. collegium habuit, quo solidè omnia hanc rem attinentia excussit, in calamum vero dictata, ejus forte auditor excepi: nunc hanc virginem, tam à statu hoc præternaturali, quam ab ecstasibus liberatam esse multis creditur; vid. supra laudatus D.D. Schmidt/ Diss. de Geomantia c. III. § 3. 6. p. 66. 68. Juvenis familia equestri, apud *Fernel.* l. II. de abd. rer. caus. c. XVI. corporis concussione & quasi convulsione ex temporum

rum intervallis laboravit; peritissimi quique adhibiti Medici, convulsionem epilepsiæ finitimam, censuerunt; sed tertio primum mense deprehensus dæmon quidam totius mali author, voce infuetisque verbis ac sententiis tum Latinis, tum Græcis, ( quanquam ignarus linguæ Græcæ laborans esset ) se prodens: is multa assidentium maximeque Medicorum secreta detegebat, ridens quod eos magno periculo circumvenisset, quodque irritis pharmacis corpus hoc bene jugulassent; cur obsessorum membra more mortua non facilè luxentur, vel plane frangantur; simul, quid de loquela peregrinis linguis sentiendum sit variorum hactenus ingenia exercuit: vide *Eph. N. C. A. II, Dec. I. Binninger, Henr. ab Heer, Henckel.* Ord. & Meth. c. c. Energ. inprimis *D. D. Franc. de Franckenau* Satyr. Med.
6. Cont. 9. Permissu Dei inspiratione dæmoniaca id fieri posse, scilicet ut ægri quidam sermone loquantur incognito, consentit *Heurnius*, de morb. Cap. c. 12. *Vossius*, l. d. c. 44. p. 969. morbis profectò sese immiscere dæmon solet, & hoc forsan frequentius accidit, quam sæpe creditur opinione *Sennerti* l. I, Pr. Med. p. II. c. XV. q. I. p. 428 *verbera Satanæ* morbos aliàs appellatos fuisse à veteribus Christianis,

ftianis atteftantur *Barthius & Dietericus* l. a. nt. 294. voce μάστιγος feu flagelli in Scriptura veniunt Marc. III. 10. V. 29. 34. Luc. VII. 21. Sir. XXX. 14. II. Sam. XII. 15. δαιμονιζόμενοι etiam N. T. variis morbis conflictabantur fimul, vel epilepfiâ Matth. XVII. 15. 18. Marc. IX. 18. vel mania Matth. VIII. 28. Marc. v. 2. quidam erant muti & furdi Marc. IX. 25. quidam cœci & muti Matth. XII. 22. quidam cum effent obfeffi à Spiritu immundo, tunc afficiebantur paralyfi, vel claudicantes ab ingreffu prohibebantur: Act. VIII. 7. neque in omnibus eodem femper modo Satan operatus eft: γυνὴ πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας Luc. XIII. 11. incurva cervice confpicua erat, caput erigere impotens, quod vinculo *à Satana* firmiter conftricta fuerat: Luc. XIII. 16. vid. *Wedel.* Exerc. Philol. Dec. VI. Exerc. 2.
7. Maxime vero melancholicis Satan infidiatur, quosque fuperat, elogio *Chryfoftomi*, per moerorem fere fuperat: melancholiæ tanquam balneo infidere dicitur, quam dirigat atque applicat, non aliter ac lavans aquam: *Wedel.* Dec. II. 19. in morbis vero quæ vifuntur phænomena, alia humori vitiofo funt adfcribenda, alia dæmoni: à melancholia eft, mœftitia, timor, ab atra bile fetocitas, iracundia;

8 ab utraque delirium vigiliæ. Si vero in delirio multa miranda accidant, altiorisque sphæræ icones influentiales sese permisceant, si ægri ad desperationem adiguntur, sibi ipsis & aliis noceant, si ad impia stimulentur, aut ad maledicendum Deo incitentur, cujus rei exempla aliquot *Platerus* habet l. 1. obs. jam à dæmone provenire credendum est; etsi aliis indiciis se se jam non prodat: si æger linguis etiam, quas nunquam didicit loquatur, futurum prædicat, eo ipso dæmon se manifestè prodit, cum hæc egrediantur terminos naturæ, & causas non mere naturales arguant, ἐνέργεια potius Satanæ & obsessio obvia sit: vid. *Sennert.* l. d. locum sæpius invenit, quod scribit *Luther.* l. d. c. XXX. tt. fol 456. Humana natura non vult esse contenta usitata doctrina & verbo Evangelii, nec Sacramentis acquiescere, quæ per Filium Dei ac Apostolos tradita, perque eorum successores propagata sunt, sed loquire singulare aliquid: ibi tum Diabolus venit, & loquitur tecum; nisi igitur poteris respondere: sic dicit verbum Dei: Tu dicis contraria verba, vade retro Sa-
9 tana, confestim subverteris. Veteres Gentilium putabant omnem Divinationem à dæmonio, aut per dæmonium ad homi-

hominem pervenire à Diis: sic *Plato* in Timæo: Divinandi vim, quod dederit Deus humanæ dementiæ, illud argumento esse potest, quod nemo dum sanæ mentis est, divinum & verum vaticinium ullum assequatur, sed cum vel somno prudentiæ vis est præpedita, vel divino aliquo raptu è statu suo dimota: an eo *Aristoteles* l. 2. Eth. collineet, judicent alii: simul an ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι μάντις vo- 10.
cabulum sit deducendum: ἄνθρωποι μαινό- Jerem.
μενοι, ἐγγαστρίμυθοι, πνευματοφόροι, viri in- XXIX. 26.
fanientes & prophetantes vocantur in Jes. II. 6.
Scriptura: Lutherus vertit die Wahn- Lev. XIX. 31. XX. 6.
sinnige: sic puer Propheta à servis im- Hos. IX.
pii Regis Achabi, vocabatur insaniens, 7.
ὁ ἐπίληπτος LXX. habent, cum Jussu Eli- 1. Sam. XXI.
schæ, in Regem Israelis Jehu unxisset: 14. 15.
pagani vero furore correptos dicebant, II. Reg. IX 11.
& qui fatuarentur: sane *Picus Mirandu-* Joh. X.
*la* futura prænoscendi & revelandi mu- 20. 21.
nus, fœminis præ maribus datum esse 11.
arbitratur; quod magis fatuus ille sexus sit: exempla vide sîs in *Tacito* l. XIV. Annal. 32. 2. *Curt.* l. VIII 6. 16. *Bernegger.* not. ad Justin. *Freinshem.* not. ad Curt. Fatua uxor Fauni referente *Justino* Ep. Trog. l. 43. c. 1. assidue divino implebatur spiritu & velut per furorem futura præmonebat: apud Germanos olim consuetu-

suetudo fuit, ut matres familias fortibus & vaticinationibus prius declararent, utrum prœlium committi ex usu esset,
12. nec ne? *Jul. Cæs.* l. 1. de Bello Gal. Inter Mexicanos & Peruanos certa quædam oracula vulgata fuisse, quibus de adventu Hispanorum in eas terras præmoniti fuissent; ex *Incha*, *Acosta*, *Herrera*, & *Petro Cieza* meminit *Grotius*, l. d. l. 1. §. 17. in not. ad h. l. p. 33. nemi-nem dubitaturum confido, has illorum menti prædictiones Satanam instillasse, modo quæri posset, unde hæc Satan futura fore cognoverit? mihi admodum *Lutheri*, hac etiam parte, qua de futurorum præcognitione penes Satanam sermo est, ingenua responsio placuit: ita
13. vero ille: De futuris quoque Satan & potest & solet monere, sed non addito fideli interprete, qui fallacibus terminis rem omnem expediat: est enim exercitatus & instructus infinitis exemplis gubernationis divinæ: novit ordinem causarum, videt præsentes & instantes causas, inde colligit futuros eventus: novit item voluntates, studia, consilia hominum, & ea etiam gubernat: ideo facile perspicit deliberationem & impiorum facta & exitus: videt hactenus sic vel aliter cogitata successisse, nec adhuc quidem ullum

ullum vestigium apparere, quod velit Deus objicere impedimentum aliquod susceptæ deliberationi, ideo faciles ei sunt prædictiones de futuris: *B. Luther*. l. d. c. XXXVII. 9. fol. 552. c. XL. 8. fol. 597. 599. videri etiam possunt Dn. *Sebastianus Kortholt* Dissert. de Enthus. Poetic. §. 33. 39. & *M. Wernher*. Diss. de incert. futur. conting. Præsc.



# CAPUT VI.

## PERIOCHE.

I.

De Prognosi Medica. 2. Erasistratus atque Galenus post Hippocratem Prognostica arte excelluere. 3. De utilitate ejus in facienda medicina locus ex Hipp. 4. An Medicus sinistra de morbo Prognostica teneatur patienti referre quæstio enodatur. 5. Mortis præsagium & omen quid? quomodo accidat. 7. Varia ominum & præsagiorum exempla. 8. Adstantes nonnulla interdum mortis præsagia in ægris annotant, hinc de eventu morbi ad mortem principio statim anxii sunt.

E Sed

1\. SEd quod Medicorum est promittunt Medici : videlicet signa quædam habent, ex venis & ex Spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiunt: *Cicero* l. II. de Divinat. nr. 145. *Erasistra-*
2\. *tus* , optimus Medicus, nisi quod inferienda vena , ad exemplum *Chrysippi Aristogenis* & *Stratonis* justo timidior fuerit, Sanguini, *Critiæ* ac *Empedocles* animæ parsurus; ex pulsu olim bene dissimulatum & celatum Antiochi, Seleuci Regis Syriæ Filii, amorem judicavit, cum novercam suam Stratonicen deperiret : hinc lentis penitus ignibus diversorum affectuum, summa cupiditate & maxima verecundia maceraretur, ut corpus quoque ejus fuerit ad ultimam redactum tabem; rem concinne digessit *Val. M.* l. V. c. 7. 1. juxta namque Antiochum sedens ; ut eum ad introitum Stratonices rubere perfundi, & spiritu increbrescere, eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum subinde recuperare animadvertit , curiosiore observatione ad ipsam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, & rursus abeunte, brachium adolescentis dissimulanter apprehendendo ; modo vegetiore, modo languidiore pulsu venarum comperit, cujus morbi æger esset: protinus-

tinusque id Seleuco expoſuit, Pari prorſus dexteritate *Galenus* , Pontifex ille Maximus Medicorum, elogio *Scaligeri*, mulierem quandam Pyladis, in theatro ſaltantis, amore detineri, cito cognovit: *Galenus* de Præcogn. ad Poſth. c. VI. idem, cum Eudemo præclaro olim Philoſopho Peripatetico & Senatori Romano, tribus quartanis hyemali tempore ex intempeſtiva potione theriacæ, detento; prædixiſſet, qua die, curatione ejus ſuſcepta, ab hoc morbo liberari poſſet, dictisque eventus reſpondiſſet; hoc encomium tulit: vaticinari Pythium Apollinem ægrotantibus voluiſſe, per os Galeni, & quibus remediis ad ſanitatem revocari, & quaque die perfectè liberari poſſent: *Galenus* l. d. c. 3. ex pulſu etiam collegit, ſervi divitis cujusdam ſolicitudinem & mœrorem, quo tenebatur, cum rationem pecuniarum, quas adminiſtraverat, redditurus eſſet, ſummæque non parum deeſſe ſciret; vigilabat continuò, animumque deſpondens tabeſcebat: hinc pulſus immutabatur, neque in eandem æqualitatem & ordinem perſeverabat; quod animus ex conturbationibus & pavoribus turbabatur ex improviſo l. d. c. 6. Criſin per ſanguinis fluxum futuram præſentiebat, cum æger è lecto

ſubito proſilire conaretur, rubri coloris ſerpentem, ut ſibi videbatur, repentem per laquearia extimeſcens: *Gal.* l. d. c. 13. fit enim aliqua novitas, quando criſis futura eſt, vel circa reſpirationem, vel circa mentem, vel auditum, vel viſum, vel ferendi facilitatem: *Galenus* l. 3. de Criſib. cap. 10. nil jam de *Hippocrate* θεία φύσει prædito, dicam: Medicinam & vaticinationem, valde cognatas eſſe graviter perhibuit: Ep. 2. Philop. tx. 37. quin Peſtem imminere Athenienſibus nunciavit, modumque quo liberari poſſent, edocuit: *Galenus* de Ther. ad Piſon. c. 16. Nimirum iſtbuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt proſpicere: *Terent.* in Adelph. A. III. Sc. IV. Hec. A. IV. Sc.

3. III. Medicum prænotionem adhibere optimum eſſe mihi videtur: prænoſcens enim, & prædicens apud ægrotos, & præſentia, & præterita, & futura, & quæ ipſi delinquunt ægroti exponens, fidem utique fecerit, quod ægrotorum res magis cognoſcat, quare audebunt homines ſeipſos Medico committere: *Hippocrates* l. Progn. ſ. 1. tx. 1. ſeqq. l. 11. Prorrh. ſec.

4. 111. tx. 5. ſeqq. Quæri hoc loco ſolet: An Medicus requiſitus patienti ſuo, ſiniſtra de morbo prognoſtica, propalare tenea-

neatur? negativam defendit *Rolfincius*, Differtatione de Scorbuto Resp. *Lælio* Jenæ habita 1668. c. 9. p. 56. Decumbentes potius, licet spei nihil reliquum, ad bene tamen sperandum, erigendos esse ait: interim ne inscitiæ & ignorationis accusetur medicus, familiaribus ægri & agnatis, cum vel sine certa desperatione indicare poterit, rem in angusto esse positam, hacque confessione illos sic obligare, ut accuratius & curiosius omnia observent, ne, quod per se exiguum existit, curantis negligentia majus evadat: conf. *Oth. Brunsfels*: Thes. s. Loc. Com. tot. rei medic. *Christ. Lang*. Misc. Cur. M. 26. sed morbum ingravescentem Medicus ratione providet, insidias imperator, tempestates gubernator; tamen hi ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur: *Cicero* l. 11. de Divinat. 15. adeoque verum est illud *Juvenalis* Sat. VI.

*Et genus humanum damnat caligo futuri.*

5. Mortis aliàs præsagium & omen vocant, siquando insolentiori signo edito, territa hominum mens extremam mortis horam, vel sibi, bene valente corpore, vel familiarium & necessariorum cuidam,

 labo-

labotanti forte morbo, imminere conje-
ctat: homines evidentissimis nonnun-
Suet. in August. 97. quam ostentis mortem suam præcogno-
scere nulli non constat: sanè ante mortem
proxima ægritudine, de fato suo qui-
II. Petr. I. 15. dam & propinquo è vita *exodo*, rebus
omnibus bene constare sibi visis, mentio-
nem constanter faciunt: alii, auditis
quibusdam vel visis, fati approperans tri-
6. I Tim. I. ste momentum verentur: Quomodo id
11. Act. contingat, vel quibus causis tota res pro-
Ap VII. 8. cedat, dictu difficile est; an assensu quo-
Henr. piam τῦ μακαρίυ Θεῦ, καὶ τῆς δόξης, mens
Müller, divinior hominibus probis quidem, atque
Theol Rostoch acceptis Deo, animi benigno occultoque
in Spirit. impulsu, vel lætissimo somnio id quan-
Gaud. doque significet, quod vero simillimum
Ara pag. 470. omnino; an vero anima nostra καὶ πνεῦ-
I. Cor II μα τῦ ἀνθρώπυ, ἢ τῦ νοὸς ἡμῶν beneficio re-
II. Job. lictæ à primo lapsu perfectionis, quo fu-
XII. 10. turorum aliquâ hodie gaudere præscien-
Eph. IV. 23. tiâ dicitur, sed cujus ordo & connexio,
Luc I. 51. propter corporis sarcinam, gravioresque
affectuum tumultus, multifariam inter-
turbetur, ne cuncta concinnè digesta e-
Jes. xxvi 9. nunciare ubivis queat, præsensione di-
Ebr. IV. 12. vinâ planè id auguretur, cùm ψυχῆς
animæ inferioris ac sensitivæ, cui immersa
Luc. 1. 46. 47. fuerat, & ceu velo obnubilata, tegmi-
I Thess. v. 23. ne sensim protracta, ad sphæram activi-

tatis

tatis suæ pristinam magnam utique, licet non infinitam, evehitur atque exaltatur, velut nubibus sol undiquaque radios suos spargens; in dubio res est: vid.
*Tack.* Chrysog. A. & M. pag. 154. cor- II. Cor. VI, 13.
poris interim compagem laxari, illud- Sap. Sal.
que *luti tabernaculum tentoriumve*, cu- IX. 15.
jus *in pulvere fundamentum*, animæ Sa- II. Cor.
lillum *Plautus* in Trinum. dixit, quod ha- v. 4. I. Pet. i. 13.
ctenus gravatim incoluisset, paulatim 15.
morbo disjici atque everti, ajunt: *ani-* Job. IV. 19
*mam* autem *superiorem*, facultatum *vin-* Psalm.
*culis* explicitam, & in excentricitate sui LXXIII
constitutam, non nisi de remigratione, 4.
sui intuitu, & ad quietas sedes reditu, cogitate: jam quoque domui suæ hominem novissimis mandatis præcipere, bea-
tæ propediem ἀναλύσεως pacificique tran- Deut. XXXIV.
situs certissimum, *Deum* ultimo *Impera-* 4. III.
*torem*, animam hoc ipso decedere è cor- 27. XXXI.
poris præsidio jubentem, haud cum ge- 2.
mitu vel murmure sequi: habet huic opinioni commoda *Erasmus R.* encom. Mor. nullum dubium est, ait: id inde accidere, quod mens à contagio corporis paulo liberior incipit nativam sui vim exercere: idem arbitror esse in causa, cur laborantibus vicina morte, simile quiddam soleat accidere, ut tanquam afflati, prodigiosa quædam loquantur: Sic

puer olim tota vita rudis subito ante mortē doctus & disertus factus est: *Act. Hafn. vol. V. 67. p. 162.* animo appropinquante morte, multum diviniore. *Cicero* l. 1. de Divinat. nr. 63. *Pechlin.* l. III. obs. Phys. M. II. 394 Piè non minus quam prudenter *B. Arndius* Com. in Psalm. XC. Conc. II. vers. 3. loquitur: Redigis hominem ad contritum usque, ac dicis; revertimini filii hominis: *Lutherus* vertit: Du lässest die Menschen sterben und sprichst: kommt wieder Menschen-Kinder: filios hominis reverti Deus jubet, quando animam è corpore revocat, Moyses hujus rei figura est, cum diceret ei Jehovah: Ascende in montem &
Deut. XXXII. 49. vide terram Canaan, ac morere in monte: ita multis Deus de morte cogitationes suggerit: quando namque tempus alicujus appropinquat, evocat animam ipsius, & terram illi benedictam procul ostendit, vitam nempe æternam: quis retinere jam poterit hominis ejus-
Num. XVI. 22. modi animam, quam ipse Deus repetit,
Jerem. XXXII. 27. qui *Deus* est *Spirituum*, *quoad omnem carnem*, nihil eam remorabitur: sed ac-
Job. XII. 10. cersio duplex est, benigna ac minus ta-
Johan. XVII 2. lis: quam animam Deus priori modo &
Ebr. XII. 9. in gratia accersit, ea ingenti ad Deum desiderio fertur, quod terram benedi-
ctam

ctam ficuti Mosi illi procul ostendit, hoc est, gustandam præbet consolatione sua, vitæ æternæ dulcedinem, ut mundum huncce haud amplius curet, neque vitam præsentem, quin cum Paulo, dicat dissolvi cupio, & cum Christo esse : Philip. I. 21. 23.
Christus mea vita, morsque lucrum est:
& cum Davide: sicut cervus vociferatur Psalm. XLII. 2.
super rivis aquarum; sic anima mea vociferatur ad Te, Deus! quando veneto, ut videat coram faciebus Dei? rimurum. Deus animæ fideli tacitè loquitur, placidè atque amicè, per Spiritum Sanctum suum, dum dicit; revertere, dilecte fili! aspicere porro nequeo, te tanta miseria, labore atque dolore, curis ærumnisque angi, imminet ingens tempestas, hinc colligam Tete: his Dei dictis homo frequenter quidem, sed nesciius Jef. LVII. 1.
quasi respondet in suspiriis, quæ tamè neque ex carne, neque sanguinibus veniunt; ecquid in mundo ago? in labore vixi, & cruciatus sum, utinam mox dimitterer, in pace concedens & gaudio: hactenus *B. Arndius* l. d. Sic animo vitæ abeuntis 7.
periodum præsagivetunt non solum, sed frequenti meditatione fere præoccuparunt: Christianus III. Rex Daniæ, & Wilhelmus Dux Saxoniæ, de quibus *Arndius* l. d. Psal. LXXXV. p. m. 719.

videri simul potest: confer quando lubet *Nov. Lit. Germ. collect. Hamb. Ann. 1704. m. Jan. p. 14. & menſ. Octobr. p. 379.* Inter publica lætitiæ ſigna & ceremonias, Henricum Quartum Galliarum Regem interfectum iri, cum aſtrologus quidam prædixerat, *Harsdörf.* Poem. ſec. 67. tum fervente ad Reginæ coronationem apparatu, animus Regis, quid neſcio mali ſibi præſagientis, divinaverat: ceu plurihus hæc ex Gallicarum rerum Scriptoribus refert *Caſparus Ens.* l. IV. ſ. Pauſilyp. & inſerunt Theatro ſuo Hiſtorico *Chriſt. Matthiæ* l. d. p. m. 1143. Similia ferme de Ladislao Poſthumo, Rege Bohemiæ atque Ungariæ, Scriptores narrant: vid. **H. A. von Ziegler täglicher Schau-Platz der Zeit:** d. 21. Novemb. nr. 3. p. 1373. & 4. Maji nr. 2. pag. 507. 508. *Eraſm. Franciſci* l. d. loco omnium Max. Rev. *D. D. Mayer*, Diſſert. de Præſag. Mort. Paſtorem novit *Dn. M. Johan. Michael. Sonntag.* Sicil. Acad. de Spectr. & om. mor. faſc. II. §. 1. p. 18. & p. 10. qui ſanguine eum quidem quam proxime tangat, in cujus ædibus toties, certa quædam exiſterent ſigna atque omina, quoties ex commiſſis ei tribus pagis aliquis obiret; hoc quidem ordine ſervato, ut unicuique pago peculiaris quaſi, & pro-

prius

prius locus assignatus esset, in quo signa, quæ ad ipsum spectant, ostendantur: vitra quandoque & specula ex improviso rumpi & sponte sua dissilire scio, id quod Angelis bonis tribuunt: sic teste *Engelgravio* in Alsatia viro cuidam accidit: habebat ad mensium numerum duodecim vitra, sed cecidit subitò illud vino impletum, ceteris stantibus, quod nomen & imaginem mensis, quo postea vir iste decessit, gerebat: ejusmodi ferme *ex vitro* futuræ propediem mortis omen cepit, cum aliquando in convivio, esset Mater Exc. *Sachsii*, vitrum namque ante orbem ejus, absque ulla admota manu, ultro concidit fractumque fuit, qua re fatum ipsius propinquum signatum fuisse, præsentes postea Amici credidêre: videsis *Sachs.* Ampelograph. s. VI. memb. 2. c. 2. p. 216. nullum etiam dubium est, impios quoque certo Dei consilio, antequam mortem oppetant, variis terriculamentis crebro confundi, ut de funesto exitu suo facilè conjectare habeant, in computatione peccatorum suorum timidi,
καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι. Necef- 8.
sarii certe & familiares ægrotorum, Sap. Sal.
IV. 20.
præsagio forte moniti, vel verbo uno Johan.
aut altero, quod mors prope admota VIII. 9.
excusserit, mox in principio morbi, desperare

ſperare de reconvaleſcentia decumbentis ſolent: mortem ſecuturam firmiſſimè credentes, neque eventus fidem dictis illorum facilè derogat.



# CAPUT VII.
## PERIOCHE.

1.

TRia proponuntur, quorum cauſa minimè ſint manifeſta. 2. Tinnitus aurium inſolitus, an aliquid ſignificet. 3. De ſympathia cognatorum. 4. Contagis variolati natura inter fratres examinatur. 5. Subtilior quorundam curioſitas proclivis eſt ad Atheiſmum. 6. De inſomniis materia excutitur. 7. Inſomniorum memorabilium aliquot exempla exhibentur.

1. NOn poſſum hac occaſione, quin mentionem rei faciam, quæ animum hactenus meum, haud parum diſturbavit: tria ſunt, inquit; *Gabr. Fallopius* l. de morb. Gal. c. 25. quæ valde turbant mentem meam: primum magnes, ſecundum medicamentum ex- pur-

purgans, terrium hydrargyrum, in quo observo miracula naturæ: si de me aliquid addere licet, tria addam ego, quorum ratio itidem haud mihi satis perspecta est: 1. *quid hoc sibi velit*, quando jam jam moriturum dicimus hominem., hoc illove signo, sui è vita excessus momentum, locis quidem, procul quandoque dissitis, indicasse: quod apud eos maxime evenire solet, qui violenta morte alicubi pereunt: *Cicero* l. 1. de Divin. 57. *Val. M.* 1. 7. *Nov. Lit. Germ. collect. Hamb. An.* 1705. *mens. Decembr. pag.* 478. num locus ex Act. Ap. XII. 15. huc pertrahi possit, alii dispiciant: ex causis naturalibus rem deducere, præcuntibus *Paracelso*, *Crollio*, & *R. Flud*, tentavit etiam *D.D. Vesti*, Diss. de Magn. Mac. & Micr. c. III. §. 11. p. 11. Resp. *Fischer*. Erfurt. hab. 1687. Ludimagistrum novi D. D. *Tack*, qui quoties homo in civitate, quam incolebat, moriebatur, tantarium tinnitu correptus fuit, ut vix tolerare illum potuerit; videri posset, ad lessum cantandum cũ invitari: Ipse vero ex tinnitu auris, cum mane in museo suo obambulasset, conjectavit nonneminem ejus desiderio tangi, vel sermones de se haberi, quod neque gravedine, neque capitis imbecillitate, neque vapo-

Act. Ap. XVI. 9.

2.

vaporibus aut flatibus distentum sese sensisset, ad omnes functiones per diem integrum athleticum gerens animum: sed cum hora sexta vespertina, auris dextræ sonitus impensissimus recurreret; rem mensæ forte assidentibus, cœnandi gratia, aperuit, vixque elocutus erat, cum fores pulsarentur, & literis accerseretur, ad Comitissam Erpacensem lethaliter decumbentem: illuc cum concessisset, materia disserendi exorta est; unde auris tinnitus indicare posset, alterius hominis desiderium? problema chordæ exemplo solvit D. D. *Tack.* sit, inquit: chorda ab ortu in occasum extensa, quam si in ortu tetigeris, trepidatio

3 persentietur in occasu: Chordam illam experiuntur patres & filii, matres & filiæ, fratres, sorores & consanguinei, quorum uno vel per mille milliaria ab altero distante, &, seu morbo, seu morte afflicto, nonne sæpe nares alterius sanguine stillant, corque trepidat etiam vegeto adhuc & sano; vel quocunque demum alio, mediante intensiori desiderio, se signo agnati angustia prodat: hic per desiderium contactus fane, prout chordam impulerit, hoc modo sonum in objecto desiderato saltem, reddet: seu campanulam illam in auribus trahendo, seu na-

res

res titillando, seu insolitas sternutationes ciendo, aut aliter agendo: quodque maxime mirabere, natura sæpe rectitudinem, & sinistra inauspicata & tetra, sinistris; dextra & auspicata, dextris exhibet partibus: vid. *Dn. D. Tack*, l. d. p. 151. seqq. Ut jam quoque intelligas ex 4. contagio variolato illam inter fratres sympathiam, cognatique sanguinis symbolismum, longissimo intervallo à se invicem remoti, qui germano sanguine juncti erant, eodem tempore ex variolis, & æquo quidem periculo sæpe decumbunt: sive jam incuses fluidorum affine temperamentum, & corporis dispositionem cognatam, quâ altero chordæ extremo repentino latitantis huc usque fermenti tumultu pertentato, suo hoc limine, luctantis illic enormiter mumiæ motum exhibet, sensuque percellitur ac contremiscit: sive in miasma peregrinum causam omnem rejicias, quod diditum per aëra, etsi omnibus promiscuè ejusdem speciei corporibus, allidatur, non tamen nisi iis demum objectis inhærescat, quæ recipiendo huic sui generis veneno, eique obediendo, idoneam plane humorum indolem, nacta sint; vid. *Pechlin.* l. d. l. II. obs. 16. qua ratione, sopitus antehac variolarum fomes subito excitatur, & exan-

& exanthemata pari in utroque fortuna evocantur, nisi Medicus parum doctus, multum vero molesteque sedulus, officiosissimè alterum occidat: dum nimio forte æstu torquet, ubi jam tum immodicè sanguis efferbuit, vel singulis horis cardiaca pretiosiora, volatiliora ac calidiora præbet: vid. *Joh. Dan. Horst.* Dec. obs. Anat. IX. p. 25. qua ratione frustraneas omnino ebullitiones, intentiores æstus & insurgentis naturæ confusiones concitaverit: *Ludovici* Pharmac. Diss. I. p. m. 102. Spiritus namque vitales, fortes & robusti, tegimine potiti, hinc suis innixi viribus, portiones cruoris congelatas felicissime secernunt & sua sæpe sponte eliminant; Medicus verò hac morbi facie, cunctando potius rem restituet, quam operando; vid. *Willis*, de febr. c. XV. (2.) *quidam hujus illiusve hominis*, bellè adhuc dum viventis Spiritum, ut vocant, certis locis oberrantem stantemve, se vidisse affirmant: vid. *Nov. Lit. Germ. collect. Hamb. An.* 1703. *m. Iul. p.* 278 *seqq.* quem sui spiritum, res mira! etiam ipsus aliquando se vidisse, homo existimat: vivis adeo fit, quod non facile quisquam mortuis facit; ut loquitur *Plaut.* Amph. spectra appellare funesta videtur: *Th. Barthol.* cent. III. obs. 58.

Cor-

Corporibus æthereis, aſtralis proſapiæ, 5.
in aëre ac terra vagantibus, omne id ad-
ſcribere quidam amant: effingi hæc ex
ſpiritu hominis vitali, in ipſo mortis
articulo emiſſo, & obviis corporeis, ceu
tenuiſſima nebula obvoluto: corpora iſt-
hæc priſtinis comitata ideis, ad objecta
in agone avidiſſime expetita properare
citiſſime; & agonizantis formam, umbræ
licet imagine referre ajunt: ſcilicet o-
mnia una mentis ſuæ acie pervidere ſe
poſſe quidam præſumunt, & ſupra mo-
dum diligentiam exercent; hinc variis
ingenii ſui prurientis φαντάσμασι, vel et-
iam Satanæ illuſionibus decepti, caveant
porrò, ne ſubtiliori emancipent Athei-
ſmo religionem ſuam, naturalium rerum Roman.
ſtudium temerè obtendentes; *ſenſu ſuo* XIV 5.
*quisque abundet:* vera ſapientia eſt, nol- 1. Theſſ.
le nimium ſapere. Tertio, quæ vera 1. 5.
demum *inſomniorum* ratio ſit, quæri- 6.
tur: ludit in inſomniis, confuſa quaſi
comœdiâ, anima; verum quando ſu-
perior ſibi influentia perſonam ſumit, re-
busque naturalibus divinior cauſa collu-
dit, quæ minus prius digeſta erant, jam
ordinantur, ac feria tandem atque vera
futurorum eventuum facies, dormienti
comparet & enaſcitur; neque tantum
pii Deoque fideles, hoc privilegio gau-

F dent

dent, sed multi quoque gentilium, inter quas simul Deus multa ejusmodi dona dispersisse legitur, significantia somnia habuêre; exemplo potest esse Pharao, Nabuchdonosor Pilatique uxor: habent hæc quandam quasi impressionem secum, ita ut is qui somniat, non possit somnii oblivisci, aut si excidat, tamen mox iterum recurrat: quod in hunc finem Deus revelavit, ut intelligeretur, actionibus ejusmodi stimulis torpentem hominis animam excitaturus: vid. *Luth.* l. d. c. XXXVIII. 16. XXXVII. 9. XL. 19. XLI. 1. in somnio visionis noctis, quando sopor cadit super homines, in dormitationibus super cubili; Tum revelat auri hominum, & eruditionem eorum obsignat. Job. XXXIII. 15. IV. 13. quin singulis mane visitat, momentisque singulis probat: Job. VII. 18. eleganti profectò imagine Medici cujusdam quies adumbrata fuit, narrante Augustino:
3. Hic cum articulum de resurrectione mortuorum, hunc animæ nostræ immortalitatem, in dubium vocaret; ei dormienti pulcherrimus juvenis apparuit, qui familiariter eum alloquebatur, interrogabatque, num noverit? id cum dormiens negaret, fateretur tamen, quod videat & audiat eum; quomodo, inquit: Adolescens

lescens? me vides, cum oculi tui somno clausi sint? quomodo audis me, cum aures tuæ non sint apertæ, sed dormias? Disce igitur & crede, esse alios oculos spirituales quibus credentes in Christum videant, cum per mortem isti corporis oculi clausi, vel potius extincti fuerint: *Luther.* l. d. c. XV. 1. cap. XXVII. 1. c. XL. 19. Alcibiades, testibus *Cicer.* l. 11. de Divinat. 143. *Val. M.* l. 1. 7. 2. paulo ante interitum visus est in somnis, amicæ amictus amiculo: tandem cum projectus esset inhumatus, atque ab omnibus desertus jaceret, amica corpus ejus suo pallio texit: *somnis ominosi* exemplum præclarum etiam refert Exc. D.D. *Wedel.* Diss. de Insomniis c. II p. 22. An. 1684 mane surgenti velut insomnio suggeritur phantasma Viro 39. annorum, illum sex intra menses moriturum: recenset somnium Familiæ, Deo vitæ autori voluntatem suam resignat, & diem studio oblivioni tradit, satius ducens quotidie mori, ut Christianum decet, & nunquam moti, qui semper moritur: elapso fatali termino, iter ex officio demandatum faciens, theda vectus, ex errore aurigæ excussis habenis, furori quadrupedantium equorum commissus, ut præsens evitaret periculum, priusquam ver-

 tigine

tigine correptus excideret, præcipiti saltu se curru dejicit. In caput allisus, succurrente quidem nivis mollitie, concussis fortiter dentibus, quibusdam etiam diffractis, maxime vero cerebro, mox omnem fere sensum exuit, salvo motu: oculis usurpat cœlum & obvias arbores, quis sit, nescit, unde venerit, quo tendat, non recordatur, brevi tamen post sibi redditur: quod majus est, interim illo loco, quo ibat, & vicinis anticipans velut fama, passim nunciaverat, eundem mortuum, ut mirari non satis possent, qui conjunctim hæc inaudirent: *Casparus Theophilus Bierlingius*, Medicus quondam percelebris: vidit 1676. somnio, sibi mortem 1693. futuram: vid. Schol. ad Obs. ejus 42. p. 573. itaque factum: nam fato eo anno functus est: *Act. Erud. Lips.* Fama est, Petrum Lotichium Secundum somnio monitum, 71. annis minimum, Magdeburgi occupationem, quæ anno demum 1631. accidit, præsignificasse: neque contemnenda sunt, quæ Dn. *Sebastianus Kortholt*, Prof. Kil. Celeberrimus, de piè defuncti Parentis sui somnio refert, quod de incendio Rostochiensi olim habuerit: videsis *Nov. Lit. Mar. Balth.* An. 1701. m. Mart. p. 63. seqq. Diss. de Enth. Poet. §. 63.

65. 65. 69. Mauritius Cappadox Romanorum Imperator gloriosissimus, sed quem avaritia perdidit, vitaque exuit & imperio: hic, cum in prœlio eum Cagano, Rege Avarum, duodecim millia Romanorum militum capta essent; & Caganus ostendisset, captivos redimi posse, pro singulis unum aureum petens: **Einen Gülden**/ negabat, seu avaritia ut scribitur, seu pertinacia, se captivos redempturum esse: iratus igitur Caganus, omnes trucidari jussit: Mauritius vero reversus in se, & sciens, quod Deum nihil lateat, sed omnibus reddat secundum opera ipsorum, pœnitens facti, de captivis non redemtis, quod sic homicidii reus factus esset, expedire judicavit, in hac vita se recipere à peccato, & non in futura: non multo post nocte quadam in somnio vidit imaginem Salvatoris nostri, in sublimi cruce pendentem, & juxta eum stantem multitudinem trucidatorum ipsum accusantium: visum est igitur Mauritio, se à Christo vocari; accedit igitur ad Christum, sic eum interrogantem: Mauriti utrum vis luere pœnam pro captivis his interfectis in hac vita, an in altera? ille supplex procumbit, rogat, ut sibi parceret in altera vita, ac in hac potius sumeret pœnas:

Tum Christus: ergo, si vis in altera vita non puniri, in hac vita lues tuorum peccatorum pœnas: ideoque tradam te in potestatem Phocæ, ut interficiat te cum tota familia; quod ita factum est: namque hic Phocas per seditionem eligebatur in Imperatorem, Mauritium vero Chalcedonem fugientem ægrum, cum conjuge, parvis filiis & filiabus ex fuga retraxit; hinc in portu, spectante Phoca, primum duo juniores filii Mauritii necati, deinde tres filiæ, post has Mater Constantina; spectaverat Mauritius filiorum & filiarum neces mirando silentio, sed cum videret sanctam Conjugem etiam feriri, hanc edidit confessionem suorum delictorum: Justus es Domine, & rectum judicium tuum: postea & ipsi Mauritio caput præcisum fuit: *Chr. Matthia* l. d. p. m. 776. seqq. *Chron. Carion.* l. III. p. 563. seqq. & hæc quidem somnia possunt; quæ neque *Hippocrates* Ep. 21. ad Philop. tx. 36. contemnit, si ordinem conservârint: Georgius Fridericus Marchio Brandeburgicus Onolsbacensis; fato suo vicinus 1603 somniabat: angeli effigiem monumento quod nuper Heilsbrunnæ erigi sibi curaverat, decidisse, mane experrectus, ut rem cognosceret, quendam ex cubiculariis misit:

Psalm. CXIX. 137.

misit: hic cum revera hoc contigisse vidisset, inclinatam angeli effigiem Onolsbacum deportandam, sumsit; testaturus omnibus, hoc Principis somnium haud vanum esse: Princeps ergo alus omnibus negotiis sepositis, piis de morte beata meditationibus vacavit, non longe post è vivis sublatus: **S. A. von Zigler** l. a. 22. Apr. nr. 4. p.452. Ludovicus V, Landgravius Hassiæ, qui ex *Fide* Deo & Cæsari præstita, Cognomentum traxit; priusquam fatali morbo corriperetur, ominosum habuit somnium: Conjugem jam pridem defunctam, cum aliquot liberis, candidâ vestitam stolâ, ad se accedentem magnâ aulâ vidit, ac vestem ejusmodi induendam sibi porrigentem: quod etsi facere abnuisset, additâ tamen crebriori sollicitatione, assumere eam se quasi coactum esse, quo facto, una cum ipsis ad Conditorium in templo Urbis splendidè paratum, concessisse. Ludovicus VI. Hassiæ Landgravi' b. m. An. 1660 die 23. Augusti, mane circa horam tertiam, in insomnio, nomine proprio, clarè, distinctèque inclamatum se, à Serenissimo Domino Parente, animadvertit; sive ut ad imperii successionem adjiceret animum, sive ut labascentis Reipublicæ curam imposterum gereret: sequenti

anno die 11. Junii fatis concedente D. Georgio II. Ergo omnino aliquid etiam in insomniis est: *Lommius* l. III. obs. præstat autem in re captum humanum exuperante, suam profiteri ignorantiam, quam assertione dubia accuratam eruditi orbis incurrere censuram; ceu alio negotio loquitur *Jordanus* Diss. de Paral. §. 41. adeoque & hic illud doctissimorum virorum ἐπέχειν locum haud dubie invenit: plura somniorum memorabilium & ominosorum exempla, qui nosse vult adeat: *Tertullianum* de anima c. 46. *Plin.* l. XXV. c. 2. *Lips.* 1. Monit. Pol. c. 5. *Th. Zwinger.* v. vol. Tit. 4. notante *Grotio* de V. R. Christ. l. 1. 18. pag. m. 38. & 31. *Jonston.* Thaumat. cl. X. cap. 7. a. 5. p. 484.



# CAPUT VIII.
## PERIOCHE.

*1.*

*Sæpius in prognosi Medici falluntur: 2. Divinum in morbis quid? 3. Pestis insolita exempla. 4. An liceat Medico in præsagiis mentiri.*

Habent

HAbent sua Medici clinici prognostica signa, quibus de eventu morbi crebro informantur; ast infallibilem veritatem secum non habent, vera autem sunt atque maximam partem certa, nisi ex alio capite turbentur, quidque interveniat: hinc spes sæpe Medicum frustratur, ut is moriatur, de quo fuerat primo securus, uti contra eum de quo Medicus desperârat in spe naturæ, contra spem artis non raro servari videmus: *Celsus* l. II. c. 6. quod arcani Naturæ motus secundum *Valleriol.* l. 1. obs. 4. quibus quandoque in servandis corporibus uti suevit, non satis nobis perspecti sint: *B. Straussius* P. II. Pal. Medic. γνῶμ. 4. § 10. pag 71. 72. neque facilè solertem Medicum invenias, qui cum ἰσχυρῶς jactitet, impossibile esse, ut hoc vel illud eveniat, necessarium esse, ut cras vel perendie hoc vel hoc accidat: cum vero tot ἀβέβαια, tot ἀμετάβλητα eveniant, Medicus in prædicendo non sit temerarius aut præceps, cum etiam is falli possit ac decipi, qui nasum Rhinocerotis aut Cardani habet: observatum sæpè fuit, multos in articulo vitæ ultimo jam constitutos, ex hoc naufragio, secundo quasi apprehenso asse re, ere ta se: hinc aliquis *Hen. Arnisæus*, be- 1.

 ne

ne sperabant Medici primo die, melius sperabant die secundo, sed virtus in medio itinere emortua, defecit, & tandem superata vi morbi omnia remedia etiam præsentissima: ambiguis in his casib⁹, Medicus rectè suum suspendit judicium, & ut juris periti solent, formulâ illâ utitur: *nondum liquet*; ita egregie, ut semper solet, disserit: *Dietericus* Iatr. Hipp. nr. 1. pag. 63. nt. 609. p. 1063. seqq. Hoc demum, significatione planissima, per *τὸ θεῖον* in morbis *Hippocratem* l. Progn. f. 1. tx. 14. intelligere, *Exc. D. D. Wedel* certo loco adstruit: nimirum si citra regulam quidpiam eveniat in morbis, & præter omnium opinionem is morbo eluctetur, de quo antea signis desperatissimis præsentibus, actum fere fuerat, is vicissim emoriatur, apud quem visebantur pulsus bonus, urina bona, vires integræ: hic Dei digitum revera subesse opinatur, quem venerari omnes necessum habeant, ex artis legibus facturi; omnium manifestissime hoc conspici, morbis epidemiis grassantibus, ipsaque 3. *Peste*. Quam nonnunquam alterum tantum sexum, certam ætatem, aut certum vitæ genus sectantes infecisse, memoriæ proditum est; in populosis urbibus etiam non nisi certam nationem ea fuisse affe-

etiam annotatum, immunibus reliquis: aliquando solos incolas, peregrinis illæsis, imo tertiam quamque domum, intactis intermedius, occupasse legitur; quorum omnium exempla recensentur apud *Kircher. Diemerbroeck. Velsch.* Cent. IV. Conf. M. I.I. & Chil. II. Ex. Cur. & obs. 475. *Schelhammer.* Diss. de Peste Helmstad. hab. 1682. c. 2. vitam scilicet mortemque Deo debemus: temporibus Galeni in magna Peste Romæ, cujus eadem facies fuerit, atque ejus quæ Thucydidis memoria grassata est, quos bolus Armenia non juvit, omnes interiere: *Galen.* l. IX. de Simpl. Medic. fac. *An liceat Medico in præsagiis mentiri?* de eo tractat *Cartesius* 10. Misc. 6. *Dieteric.* l. d. p. 1067. *Christ. Lang.* l. 2. 4.



# CAPUT IX.

## PERIOCHE.

*1.*

*Signa prognostica varia in variis morbis.* 2. *Dysenteria sine dolore exemplum.* 3. *E solo odore mulier quædam funus poterat prædicere.* 4. De

*De ululatu canum insolito. 5. De cordis situ mutato & inversione historiæ. 6. Majores suos vultu sæpe referunt periculosè decumbentes, quibus sani vix erant similes, tristi plerumque omine. 7. Familiæ quædam illustres peculiaria quædam signa habent, fatum indicantia. 8. Spectra de funere nonnullos præmonere solent. 9. Visa à piis quoque Deoque dilectis.*

1. PRognosticum mortis habetur, quando assumpta in ventriculum delabuntur cum sonitu, ceu in lagenam: hujus rei tempestive rationem reddidit *Sennertus* l. III. Pr. p. 1. s. 1. c. 2. pag. 14. nil unquam hoc signo lethalius in praxi se animadvertisse ait: *Epiphanius Ferdinandus*: effluunt sæpe morituris fæces, cujus rei causam nexuit *Perlinus*, notante J. D. *Horst*. Man. ad med. P. 1. s. II. p. 1. p. 201. quando in febribus putridis, alteratur subito in detenus pulsus, licet æger quoad cætera symptomata, melius se habere visus sit, triste mortis prognosticum est: *Willis* de Febr. c. X. emplastrum ex molli galbano, carbunculo in peste impositum, si non adhæreat, vel theriaca etiam, si cito exarescat, immutato carbunculo, lethale *in peste* signum

gnum constituit: *Deusingius* apud *Höfer* Herc. Med. l. II. c. 1. p. 129. quidam pro certo venditant hoc ex pertinentum prognosticum in peste; lac mulieris lactantis masculum, in urinam peste infecti projiciunt, unde si cadat ad fundum, ante 6. vel 7. dies ægros interire; si vero non cadat, ægrum supervivere posse ajunt: Spiritum fuliginis in aceto exhibet *Keslerus*, si nullus subsequatur sudor, instantis fati præsagium captat: *Nesterus* vero guttam adipis cervini unam, in urinam periculose decumbentis immittit, unde hanc habet observationem, si subsideat in urina gutta, desperationem, sin supernatet, salutem futuram prædicit: *Ettmüller*. c. in Schröder. Qui de doloribus bulbi *oculorum* conqueruntur, nulla præsente ophthalmia, tarò evadunt: *S. Paulli* Digr. de febr. mal. p. 19. oculus unus altero si fiat minor, accidens exitiosum habetur: *Hippocr.* Prænot. f. 11. tx. 22. comprobante *Epiphan. Ferd.* non minus malum est, oculi si appareant majores, in morbo pernicioso. *P. Alpin.* l. v. c. 7. de Præf. V. & M. ægr. pag. 456. Physici dicunt, pupillas quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere, quibus non visis summa adest desperatio; *Servius* in Virgil. augurium

ex

ex homine ipso est, non timendi mortem in ægritudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddant: *Plinius* apud *Vesl.* l. d. III. c. 23. p. 842. sanguis ex secta vena, si non egreditur fontis modo, sed tanquam fæx è dolio, lethale signum est, ex mente *Panarol.* Jatrolog. Pentecost. IV. obs. 7. p. 114. hirudines hæmorrhoidibus appositæ, si sanguinem quidem ptoliciant, attrahere verò omittant, aut eo haustu cito pereant, mors prædicenda est: notante *Jonston.* Synt. un. med. pr. l. II. c. II. p. 11. p. 221. 222. inter lethalia signa, quæ certo mortem prænunciant, nullum observavit *Stephanus*, quod pluris momenti sit, plusque polleat, frequenti & insolenti manuum ad nares admotione, sine ulla omnino materiæ effluxione: Os hians in acutis, nisi ex consuetudine, malum signum experientia *Forest.* l. 2. obs. 19. Qui dysenteriam habet, & apparet post ejus *aurem sinistram*, veluti res nigra, similis orobo, cum vehementi siti, moritur in decimo neque tardat, neque evadit: *Ferrar.* apud *Hofer.* l. d. l. III. c. 5. p. 235. Anno 1669. in plurimis dysentericis observavit *D. D. Wedel*, quod multi de nullo unquam dolore, usque ad extremum halitum conquesti fuerint; sed omnes hujus

gene-

generis mortuos esse, nec quenquam evasisse, seu malignitatis majoris, seu intestinorum gangrænosa constitutione, sensum omnem excludente, abrepti: nonnullis verò circa mortem, quasi aura ex auribus exire visa est: *Act. Hafniens.* vol. II. 44. p. 138. Saga quædam in- 3.
trans domum honestæ viduæ, cum forte fortuna filius ejus intraret simul, matri in aures aliquid insusurrans, cui fixis oculis intenta saga, naribusque aëra captans, matri prædixit, funus è domo ejus brevi elatum iri, nec augurium fefellit, octiduo enim elapso, filii funus effertur, & vera nimium prædixisse sagam, sua morte confirmavit: *Jacobaus*, vol. I. Act Hafn. nr. 117. p. 211. Terram oluit quidam apud *Borel.* Cent. IV. obs. 8. & paulo post fato cessit: idem hoc Martisburgi in puella infante, febre consumta observatũ, & statim primo accessu nil boni ominabatur Medic⁹: Dec. 1. Eph. N.C. An. 1. obs. 144. p. 321. post obitum matter, cum signum instantis mortis scire desideraret, odorem terræ fracidum allegavit dissolutionis indicativum, quod ipsum & in aliis morituris postea observavit: hinc forte evenire ait *Jacobaus* l. d. quod corvi domo alicujus insidentes, ex olfactu brevi cadaver futurum infausta

sta & improba voce, sæpius prænunci-
4. ent: Canibus nasutissimis animalibus, ea sane est odorandi facultas, ut ad longius remota cadavera nonnunquam accurrant & ululatu funera præsagiant: non quidem quod *Angelo mortis* viso, de quo multa nugantur Judæi & Mahomedani, digni hoc carnifice, vid. *B. D.D. Bayer* Diss. de Agone Mort. §. 28. perterreantur; sed quod cadaverosum ægrotum odorem naribus percipientes, corporis illius desiderio teneantur: judicio *Th. Barthol.* c. III. Ep. M 58. *Boyle.* de nat. determ. effl. *Morhof.* Diss. de parad. sens. c. 4. Canum ululatus, nocte ante domum pontificis maximi Lepidi auditi; ex his maximus à cæteris laniatus, turpem infamiam Lepido portendit: *Jul. Obseq.* de Prodig. 128. poterunt tamen aliæ quandoque causæ subesse, ut recte
5. conjicit *Fr. Francisci* l. a. Cor in dextro latere pulsare utplurimum lethale est, periculosi certe & funesti nonnunquam eventus præsagium esse, tribus historiis probatum ivit *Cardanus*, habet itidem *Platerus* exemplum: vid. *Rolfinc.* Diss. de Corde c. 1. pag. 11. tarum id esse sed non lethale, affirmavit *Riolanus* Animadv. in C. Bauhin. Th. An. 287. visum id fuit in quadragenario sanissime degente, vi-
dit

dit hoc etiam in Regina Matre Regis Ludovici XIII. Cum cordis pulsationem in latere dextro, in quodam typographo Wolf. Christoph. Cramero, ultra centies observasset, sæpius neque sine encomio nobis dictus *D. D. Wedel*, Eph. N.C. An. II. Dec. I. obs. 194. p. 296. non tam periculum atque vitæ discrimen inde auguratus est, quam nobilissimi istius visceris inversionem: Physiol. R. c. III. pag. 64. Act. Hafn. vol. II. 44. p. 135. 138. qualem jam antea, sed solitariam observârat, propriòque Tractatu descripserat *Fridericus Hoffmannus*, Senior: ast cum reliquis partibus internis omnibus, tum thoracis tum abdominis communem: *Ita Cattierius* obs. M. XVII. p. m. 53. seqq. *Th. Barthol.* c. II. hist. 29. *Schenck* l. II. obs. 188. refert similia observasse *Plater*. Hic apud Cattier. & Barth. fuit sicarius, nomine Richardus Francœur, qui, cum nobilem virum in rheda illustrissimi Principis de Beaufort sedentem, noctu sclopeto interfecisset, totæ supplicio postmodum addictus fuit: cadaver vero, in quo Hoffmannus cordis illam adnotavit inversionem, sexus erat fœminei, ob capitale facinus, gladii supplicium ferens: ambo homines facinorosi & *perversi utiq; cordis erant*, Psal. CI. 4. quo-

 tum

rum hinc corda non cœlo patuêre, sed terræ, illi claudebantur: sphæra mundi, quanta quanta est, Trigonum huncce explere non potest, solâ SS. Trinitate implendum: unde illud *Hugonis* vulgatum: Cor parvum est & magna cupit: vix ad unius milvi refectionem sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit: & illud Augustini: Fecisti nos Deus ad Te, & inquietum est Cor nostrum, donec requiescat in Te: reperere trita non piget, ut intelligamus Cor ipsa sui figura testari, quod esse debeat, ut nomen habet, Cubiculum Omnipotentis Regis! vid. *Joh. Henr. Ursini* Anal. Sacr. l. III. nr. 27. Ex inversa litera *Nun* in Biblus Hebraicis Num. 10. 35. vide quid conjectent Rabbini *Eph. A. N. C.* Dec. 1. An. II.
6. obs. 76. pag. 139. Quicunque ægri ante obitum subito atavos, avos, parentes aut cognatos, vultu referunt, quibus sani & incolumes nullo modo similes extitêre, illi morbo suo ferrarò liberantur: subita namque hæc immutatio, subitam naturæ consternationem, & morbi victoriam testatur: exempla hujus rei habet P. Paschequus apud *Rever. Borel.* c. II. obs. 89. idem passim observavit in plurimis, & in propria etiam filia *Th. Barthol.* c. 4. hist. 31. in studioso nobili *Fa-*

*schius*

*schim* Ord. & m. c. Cauf. c. 28. p. 57. Pro mortis præsagio à quibusdam habetur; si ceroma aurium dulce sit: si fonticuli in tibia vel brachio excitati, lividi evadant vel pallidi, vel exiccentur: si quis tristis herbæ cujusdam Petuanæ ramum teneat, quod in historia arborum ex *Nierembergio* prodidit *Jonston.* l. d. si sanguis V. S. emissus fluit frigidior: si urtica in lotio ægri per 24. horas macerata, marcescat, fabulam annotante *Mizaldo*: si terra prope aream, vel pars agri in voragine subsit, familia quædam nobilissima, fatalem notam capit: *P. Albinus* Chron. Misn. Mulier quædam lotrix apud *Diemerbroeck.* mortem uxoris cujusdam prævidit, cum Spiritum ejus optimis vestibus indutum, sed sine capite, vidisset: omnes illos intra paucos menses morituros testata, quorumcunque spiritus videret, sine capite. Virgo narrante *Bartholino* c. III. obs. 58. prævidere poterat excusso somno, quotiescunque ex nobili illius Familia, quocunque locorum degat, aliquis esset moriturus, cujus sexus, vel mas vel fœmina, quod aliter ipsi fœmina, aliter mas apparet: nec unquam in hoc præsagio se falsam esse, fidem fecit: imò apparentibus visionibus angi se & turbari, optareque à naturali

hac, sibique quasi connata potestate liberari: quod sibi cum mortuis pax nulla videretur. Familiis Principum quorundam Germaniæ familiare hoc esse
7. ferunt: *Eras. Francisc.* l. 2. *Richter* Ax. oec. p. 13. Fuldam fluvium Hassiæ, mortem hujus Regionis Principum, qui maxime rerum potirentur, uxorum etiam prænunciare, meminit: *Jo. Just. Winckelman* Chor. Hass. P. 1. c. VI II. p. 59. Mortem Ludovici V. seu Fidelis multa ferunt præsagia præcessisse: terræ motus Darmstadii fuit observatus: campana in turri apud Templum Civicum subito disrupta, reliquis peregrinum sonum referre visis; Anno præterea Climacterico Principem fuisse, qui in domo hac illustri, præsertim lineâ Darmstatinâ, aliquoties luctuosum produxerit ac tragicum exitum: taceo quod ipse sibi g. m. Princeps eo anno finem vitæ futurum prædixerit, aliquot præsentibus ministris: proditum quoque memoriæ, diversa prius circa Darmstadium & Gissam chasmata notata fuisse, quum Deus rebus humanis eximeret, D. Georgium II. sed fulmine tacta arci vicina domus præsagium mortis habebatur, quod idem Cassellis & Butisbaci Principum Viduarum mortem jam anteà portendisset. *Felix Platerus*

*lerus* Prof. olim Anat. Bas. sera nocte domum aliquando rediens, sceleton anatomicum, quod ad usum demonstrationũ asservabat, obviam habuit, ex quo ipse præsagium mortis cepit, ad eamque se præparavit, mox insecutam: vid. *Nov. Lit. Germ. collect. Hamb. m. Octob.* 1703. *p.* 380. Genius seu umbra, quæ gladio stricto comparuerat, piscinâ introspectâ, Imperatori Pertinaci, vitam interminabatur: referente *Sabellico* Lib. 1. cap. 4. vivumque ad Acheruntem accersere mortui visi sunt: *Plaut.* Mostel. Socrati etiam suus olim genius seu dæmon adfuit, amicus & futuri præscius, comes vitæ individuus, mentisque hospes: de quo eleganter *Apulejus.* C. Cassius, quem numero interfectorum Cæsaris habent: cum acie Philippensi ardentissimo animo perstaret, ipsum Cæsarem vidit, humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum, minaci vultu & concitato equo in se impetum facientem: quo adspectu perterritus, tergum hosti dedit, voce illa prius emissâ, quid enim amplius agas, si occidisse parum est? ut habent verba *Val. M.* l. 1. 8. 8. futuram vero Consulis dignitatem Curtio Rufo, humili loco & gladiatore genito, oblata species muliebris, ultra modum huma-

 num,

num, dum ipse sectator Quæstoris Africæ, in oppido Adrumeto, vacuis per medium diei porticibus secretus agitaret, his verbis prædixerat: Tu es Rufe, qui in hanc provinciam pro Consule venies: hoc longa demum senecta, multis evitatis scopulis fatale implevit præsagium; ac consulare imperium, triumphi insignia, postremoque Africam obtinuit, atque ibi defunctus est: *Tacit*, l. XI. An.

§. 21. Marcus Brutus exercitum ex Asia traducturus, noctis conticinio spectrum dirum & prodigiosum inanis & horrendi corporis, ad se ingrediens, & in silentio sibi assistens vidit; Brutus animose ex eo quæsivit, quisnam aut hominum aut Deorum es? cui occulto murmure respondet spectrum: Tuus sum Brute malus genius, in Philippicis me videbis: cui nihil perculsus Brutus: videbo, inquit: & rei eventus hoc ipsū confirmavit; *Plutarchus* in Bruto; animam ejus excutiente ibidem Deo: plures ejusmodi historias

Job XXVII 8. *Chrysippum*, *Plutarchum* & *Numenium* consignasse, fidem facit Origines l. 5. contra Celsum notante *Grotio* l. a. pag. m. 332. Henr. III. Imperator, cum inopinato prorsus casu contignatio, qua morabatur collaberetur, vitam fere cum aliis forte præsentibus amisisset; sed hæc paulo ante

te quam fierent, spectrum in eminentiori saxo, sub atri æthiopis imagine visum fuit: *Aventinus* citante *Matthia* l. a. p. m. 901. Cum anno 1526. Uladislaus Rex Hungariæ, ad prœlium cum Turcis ad oppidum Mohazium sese accingeret: phantasma quoddam, viri claudicantis specie in aula Regis videbatur, quæ nescio monita suppeditaturum Regi: ast ultimo, cum Rex illud haberet neglectui, neque ad conspectum admittere sustineret, ut anxio sæpius clamore desiderasse visum fuit, evanuit; Reacclamato prius, ô væh! væh! væh! Rex Ludovice audire me dedignaris, hinc miserabili morte es periturus; **H. A. von Ziegler**/ l. a. 29. Aug. nr. 3. p. 1047. *Rupertus* in Val. M. p. 86. 87. E domo Electorali Brandenburgica, Regia hodie Majestate præfulgens, quando quis est moriturus, spectrum Berolini forma fœminæ vestitu candido aliquandiu videri, haud pauci Autores asserunt: vid. *M. Chr. Iuncker*. Diss. de Mort. ominos. quid de illo habendum monuisse voluit: *Becman*. Lin. Doctr. Mor. c. VIII. §. 7. p. 129. illam verisimiliter esse album diabolum, sub specie sanctitatis & summæ innocentiæ se venditantem scribit: *Dn. M. Sonntag*. l. a. pag. 52. Spectra 9.

 ejus-

ejusmodi funesta piis apparere quando-
Gen. III. 1. que posse Deoque dilectis, facile equi-
Ebr II. 17. dem crediderim, postquam Christum
πεπειρασμένον κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα Hebr.
II. Cor. XI 14 IV. 15. ausus est diabolus φρενοπλανῆτος
Mach IV 5 8 καὶ πανοῦργος ὃς μετασχηματίζεται volente ita
Deo παραλαμβάνειν καὶ ἀνάγειν: venit ali-
Luc. IV. 5 quando in medio filiorum Dei, ad stan-
Job I, 6. II. 1. dum juxta Jehovam: olim permissum
fuit, ut personam Samuelis fingeret, futura prædicturus Sauli energumeno: Dilecti Discipuli Christi, videntes aliquando ipsum Magistrum suum, fluctibus inambulantem tempestate procellosa, putarunt phantasma esse & clamarunt: Marc. VI. 49. Matth. XIV. 26. Luc. XXIV. 36. solet nos ἐξαιτεῖσθαι, ut ex-
positos reddat in fide vacillantes vario
I. Sam. XXVIII molimine, ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλί-
γον καιρὸν ἔχει, maxime ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονη-
Luc. XXII 31. ρᾷ, ἵνα ἀποκαλύπτεται ἐν πυρὶ τὸ ἔργον ἡμῶν:
Apoc. est vero Præses nobis in hoc certamine,
XII. 12. atque Agonotheta clementissimus ipse
I. Cor. Deus, qui metas ponit, colluctantium
III 13. vires auget, & immoderatos hostium in-
Sachar. cursus repellit atque refrænat: *Cassianus*
XIII. 9. apud *B. D. D. Bajer* l. d. §. 48 quin imò,
Jerem. XVII 8 Advocatum & Patronum in nomine Christi nobis misit, Spiritum Sanctum, ut commonefaceret de omnibus, quæ

ipse

ipse dixit: Μωσέα etiam durante vita habemus nos, καὶ τοὺς προφήτας, μάχαιραν τοῦ πνεύματος, καὶ πᾶσαν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν, hâc induti stare poterimus πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Fabulæ, quam de Medico quodam recitat *B. Luther.* l. a. c. XXIX. 28. recordor: is puerum levaverat è Baptismo, & audierat ibi verba Baptismi pronunciari, cum precibus & sententiis Scripturæ, quibus significatur nos liberari ex regno diaboli, & transferri in regnum filii Dei: ibi admiratus magnitudinem promissionum & beneficiorum, quæ in Baptismo nobis exhibentur, dixit: si scirem, me quoque in hunc modum baptizatum, & eadem verba mihi pronunciata esse, nunquam exhorrescerem Diabolum: & cum ab aliis esset admonitus & persuasus ipsum quoque in hæc verba esse baptizatum, tantam fidem concepit, ut plane statueret, se nunquam formidaturum Diabolum: Tandem verò objectum est ei spectrum & diabolus in specie hirci apparuit: eò verò usque adeo nihil est perterritus, ut alterum cornu arreptum frangeret, & ad socios à quibus egressus fuerat, se referret: id cum ex sociis quidam videret, etsi non haberet eandè fidem, tamen motus miraculi istius admiratione, & se ba-

Johann. XIV. 27. Luc. XVI. 29. Eph. VI. 17. Hebr. IV. 12.

præsatum esse jactat, neque se velle ullum spectrum quantumvis terrum exhorrescere; prodit igitur in eundem locum, & redit spectrum illud capri cornuti specie: sed cum vellet cornua ejus arripere, diabolus obtorto collo eum necat: quare igitur ille evasit periculum, hic non? quia in hoc fuit præsumptio, non fuit vera fides, putavit se suis viribus & robore posse vincere Satanam: Non habuit veram fidem: Quilibet igitur donum suum exploret: hactenus *Luther*. De morte alias triumphant per mortem JESU Christi, in morte Christiani.



# CAPUT X.
## PERIOCHE.

*1.*

F*Acies Hippocratica notatur. 2. Quæ præter vultum in reliquis corporis partibus, lethalia signa quandoque observata fuerint. 3. Matrona quædam, de filiorum suorum salute vel morte, certior fit ex dentibus. 4. Lachryma in morbis involuntaria quid signifi-*

*significent ? 5. Qua ratione decubitus ægrorum notari mereantur. 6. Singultum esse in morbis acutis signum ad mortem. 7. Pari ratione, si vel ægri prominulo ventre subito extenuentur; vel cibos vehementius appetant. 8. Extreme ægrotantes potu prohibere non decet, seu sitis ultimo supplicio divexatos.*

NOlo ex Hippocratis vel Prænotionum aut Prædictorum oraculis, Aphorismorumve sententiis, plura hoc loco congerere, ne frustrà Commentatio excrescat, & *Prospert Alpini* scrinia me compilasse quis existimet: paucula attingam si placet, de *Facie Hippocratica* quam vocant, exitioso illo tornatilique vultu, venire hoc nomine id Medicis solet, quando Hippocrates usitatâ ipsi animi sermonisque abscissa gravitate, pessimorum mortis signorum confluxum in facie, corporis imagine, ob oculos statuere nobis satagit: graphicè vero delineavit Progn. f. II. tx. 5. & Coac. Præn. f. II. tx. 105. *corruptionem faciei vocans*; ita vero inquit: considerare convenit in morbis acutis faciem ægrotantis, an similis sit his, quæ in sanis sunt, maxime vero an ipsa sibi ipsi: Ita enim optima fuerit. Si vero maxime contra- 1.

tia

tia simili fuerit, horrendissima est: talis autem fuerit; oculi cavi, nasus acutus, tempora collapsa, aures frigidæ ac contractæ, cutis dura, color in facie pallidus aut niger: livescens vero ex his palpebra, aut labium, aut nasus, brevi lethale est: hinc satis aptè *Lucretius* Poeta ille Physicus l. 6. de nat. rer.

- ad supremum denique tempus

compressæ nares: nasi primoris acumen tenue, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis duraque inhorrebat rictum, frons tenta manebat, nec nimium rigida post strati morte jacebant: videatur etiam *Celsus* l. 2. sed minus faciei hæc deformatio lethalis est, si propter vigilias aut famem, aut alvi exturbationem fiat: Erit id quod propter hæc corruptū est, sedetur per noctem ac diem: *Galen.* in h. l. Causas cadaverosæ hujus effigiei sollicito labore pridem expedivit: *Riverius* l.
2. III. Instit. M. s. 3. c. 2. Nos missa jam facie, quæ index quasi est & sermo quidam tacitus non modo perturbationum animi, sed etiam interiorum corporis affectuum *Fernelius* l. II. Pathol. c. XI. proprium plane parvi mundi compendium: *Tack.* Chrys. A. & M. lethalia in reliquis partibus signa perputabimus:

Den_

*Dentes* si obducantur lentoribus vel strideant, mali morbi testimonium est: ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλισχράσματα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίγνονται οἱ πυρετοί. *Hippocr.* l. IV. aph. 53. non ineptè in hunc locum commentatur *R. Mindererus*, die Zungen ist/ als ob sie mit Sauertäig überzogen wäre; der Gaumen/ wie ein Backs Ofen/ so sich von Hitz des Feuers weiß außgebrennt hat. Die Mandel als mit weissen Leder übersetzte Schuchlaist. So dann dein Patient etwas reden will / so lallet und statzlet er/ um willen / daß sein Zung mit so schwerem Last des Schleims beladen ist: Oder so er seine Zung lupffet/ so spinnet der Schleim-Fäden auf/ wie ein Zwirns-Fad/ und belegt die Zähn/ als ob sie mit Fürneiß bestrichen wären/ so nun dieser Fürneiß an den Zähnen erschwartzete/ so ich vielmahl observirt/ und so er daran trucken wird / ist es ein tödtliches Zeichen / dann Hippocrates geschrieben: Quibus in febribus lentores circum dentes, &c. welches ich offt gesehen / und gemeiniglich ein Todts Zeichen gewesen/ also daß ich wenig derselbigen habe sehen darvon kommen/ oder bey Leben bleiben: Seyn schier alle cespiranter und

mit

mit seltsamen Zittern / oder doch bald taub gestorben. Vid. *Dietericus* l. a. nr. 671. & 600.

3. Matrona quædam Lipsiæ primaria, toto matrimonii sui tempore, tres tantum filios enixa est, & quoties unum pepent, toties cum eo dentem sapientiæ, uti vocant, simul accepit, qui quoque dentes, morientibus hisce filiis exciderunt, ita ut mater, fœmina honestissima, vacillante dente uno filium illum, cum quo ille vacillans Dens pronatus fuerat, morbo aliquo laboraturum; excidente vero eo, ipsum plane moriturum esse, certo prædixerit: recensente observationem *Moellenbroc.* Eph. N.C. Dec. 1. An. 1. obs. 100. p. 232.

4. Quicunque in febribus aut aliis infirmitatibus, κατὰ προαίρεσιν lachrymantur, nihil inconveniens: Qui vero non ex proposito, seu ἀπροαιρέτως, in morbis acutis quidem extra tempus criticum *Hippocrat.* s. IV. aph. 52. VIII. 2. Progn. II. 20. lachrymis ora rigant, jam ἀτεκμήριον: quod partib' contabefactis & exolutis, lachrymæ jam quoq, nolentib' promanent; & lethale est maxime si signa alia perniciosa accesserint: *Holler.* & *Liebaut.* in h. l. Uxoris suæ Luciæ Bandarenæ *Cardanus* exemplum offert, huic, cum ex fluxu seu diarrhœa obiret, ubertim lachrymæ

per

per tres horas ante obitum fluxere: *Dieteric.* l. a. nr. 718. in fletum aliàs proclives sunt mulieres hystericæ maresque hypochondriaci, sed tres omni carere periculo dicitur: *Sydenham* de Aff. ct. hyster. p.m.491. & 501. accersebatur aliquando ad virum nobilem, qui non nisi paucis diebus à Febre convaluerat, hunc cum vestitum conspiceret, deque rebus quibuslibet cum judicio differentem audiret, quorsum vocassent se rogavit: respondebat vero ex familiaribus ejus quidam, rem ipsam brevi locuturam; considens itaque & sermones cum ægro trahens, observavit labrum inferius pendulum cum motitatione crebra protrudi, ceu infantes morosiores solerent adornaturi fletum, inde ægrum in tantas solutum esse lachrymas, quantas vix unquam vidisset, cum gemitu ac suspiriis tantum non convulsivis: *Lingua* actualis frigiditas mortifera est, observante *Riverio*: si viridis densa atque arida, aspera atque sicca est: *Faucium dolores* tumoresque strangulantes in acutis, eventum ad salutem vix denunciant: *colli distortio* in febribus, & deglutitio difficilis, nullo existente tumore, malum solet esse signum: mirabilem ejusmodi distortionem colli, sed extra febrem, nec lethalem æque,

æque, ab unguento mercuriali collo illito, fermentoque venereo ortam observavit: *A. Boot.* Tr. de Af. Omif. cap. 5. bis etiam affectum hunc vidit *H. Meibom.* Præf. ad Tr. illum Bootii, semel *Pechlin.* l. 11. obf. 31. Hypochondria si fuerint intenta, si inflammatione vexentur, si inæqualiter affecta, dextra ac finistra parte, vehementes dolores in febribus acutis, tabes atque extenuatio: *Extrema*, si frigida, sublivida non recalescentia, vel si in utramque partem cito transmutentur, malum est: *Manus*, si frigidæ velut congelatæ, cum macula circa eas livida: at de manuum latione ita sentio. Qui in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut phrenitide, aut capitis dolore, manus ob os ferunt, & muscas venantur, & festucas legunt, *& floccos de vestibus evellunt*, & de pariete paleas detrahunt, id omne malum & lethale est: *Hippocrat.* Prænot. IV, 9. seqq. solet in morbis acutis floccorum hæc collectio funestum signum præbere, si fumat ab interna causa exordium, ut bene notavit *Höfer.* Herc. M. l. VI. c. 2. p. 347. secus vero si ab externa causa, v. g. potu vini generosioris. Tunc etsi contingat, ægros delirare, febricitare, floccos carpere, non tamen facile mo-

riun-

riuntur, ut hujus rei historiam consignavit *Horstius* Op. T. 2. l. 2. obs. 25. pag. 92. 93. Eph. N. C. Dec. 1. An. 3. obs. 269. p. 484. Pro ratione decubitus ægri, supinum illum cubare, manibus & cruribus extensis, minus bonum est: si vero est proclivior, ac deorsum subinde ad pedes delabitur, res majori periculo versantur: si vero nudos habeat pedes, nec admodum calidos, ac manus, collum & crura dispergat inæqualiter, nullo amplius servato pudore, malum est: exitiosum autem & hiantem semper dormire: si quoque crura supine cubantis admodum reducta distractaque sint: si quis cubet in ventrem, nequaquam solitus ita dormire, quo tempore sanus fuit, aut si residere velit in ipso morbi vigore, μἑτεωρῶν appetens, vel surgere plane de strato moliatur, vehementer imperante anima: *Fontanus* Cut. M. p. 19. si usque proripere tentet, & aliena loca affectet fugientis modo, malum in omni morbo acuto, pessimum vero in pulmonia est: cumque omnia prope morte melius habere soleant test: *Galeno & Avicenna*, subita in morbis acutioribus alleviatio pessima etiā est atque lethalis: *Lang*. Ad. ad Diss. de Morbil. §. xv. sic namque imperitiores Medici non raro decipiuntur, 5.

H nesci-

nescientes, quid extremus sit Naturæ conatus.
6. *Singultum*, tanquam signum ad mortem in febribus malignis prædicendam, se nunquam decepisse *Epiphanius Ferdinandus* Deum testatur, confirmat verò *Mercurialis* Com. l. 3. Epid. Hip. verè igitur pronunciavit *Hippocrates* de Vict. Ac. f. 51. tx. 9. Talis ex *febri* ist usmodi *singultuosa* effugere non potest, si non sudores judicatorii, & somni æquales accesserint, & urinæ crassæ & acres decurrerint, aut ad abscessum morbus decubuerit: ast ut *febris* vocitetur *singultuosa*, permanere amplius debet singultus, vel etiam per totum morbum simul cum febre exacerbare, δεῖ παραμένειν τὴν λυγγὸν, ἢ καὶ διὰ ὅλου τοῦ νοσήματος εἶναι συμπαρωξυνομένην τοῖς πυρετοῖς, ἵνα λυγγώδης ὀνομάζηται. Qui vero ex febrientibus rodentem acerrimumque collegerunt in stomacho humorem, vomitu nonnunquam ab hoc symptomate liberantur: sed hujusmodi *febris* nequaquam *singultuosa* appellanda: *Galen.* in l. Hipp. de Vict. Ac. Com. 4. tx. 69. ἐν τοῖσι καύσοισιν ἐὰν ἐπιγίνηται ἴκτερος καὶ λύγξ περὶ πέμπταίῳ ἐόντι, θανατῶδες. *Hippocr.* de Crisib. f. VIII. tx. 20. veritatem dictorum morte sua testata est mulier in mendacium foro decumbens, apud eundem

*Hip-*

*Hippocrat.* l. 3 Ep. f. II. ægr XII. *Lucret.* l. vi. Pro prodromo mortis etiam habetur, 7.
si obesiores morbo correpti acuto confestim extenuentur, everso spirituum vitalium vigore & elasticitate repressâ: pari ratione, si cibos ex improviso appetant, qui paulo ante pro mortis candidatis habebantur, hi spem nos vetant inchoare longam, quippe natura à morbo maxime resoluta est, à nimia substantiæ corporis digestione, sententiâ *P. Alpin.* de Præf. Vit. & Mort. Ægr. l. iv. c. 13. p. 400. quidam, quos longa maxime ætas metæ propius admoverat, cum subito ac pertinacissime panem fastidirent, certissimum imminentis sibi mortis *signum* aliis præbuerunt: alii rursus odio eduli cujusdam subito correpti, futuri morbi indicium hoc ipsum esse putarunt: vid. *Nov. Lit. Germ. coll. Hamb. m. Febr.* 1705. Sitis vero, ut prima hominis nuper nati Passio naturalis est, quam lac ex mamma sugendo lenire continuo amat: 8.
*Sylvius* l. 1. Pr. Med. c. 1. 1. ita vehementior sæpe in morbis torquere decumbentes 1 Pet. II. 2.
assolet, maxime si dolorum urantur facibus, vel febris causodes torreat; hos abstinere velle à potu absurdum judicavit: *Helmont.* l. de febr. c. 12. 3. testaturque eft, ruptam mandati illius obedientiam,

 jam

jam millies medentibus opprobrium attulisse: *Panarol.* Pentec. IV. obs. 8. p. 114. *Antyllius* M. Antonii Filius, Philotam Medicum infolentem sic allocutus fuit, ad quod obmutuit:

*Febricitanti aliquatenus frigida propinanda est.*
*Omnis autem febricitans aliquatenus febricitat.*
*Omni ergo febricitanti propinanda frigida.*

Vid. *Dieteric.* Iatr. Hip. nr. 745. p. 1098. sed magni ea operis res est, judice *Lommio* magnamque postulat observationem: *Dieteric.* l. a. nr. 943. ubi vero morbus in gradum jam surrexit, & recenti naturæ inimè nupsit *Helmont.* l. Nat. contr. nesc. 45. vel summi dolores peremturi corpus videantur, potu, quamvis deteriore & in speciem nocituro, prohibere ultimo sitis affectum supplicio velle, jam est religio: Medicorum sane illorum vix ferenda rabies, qui miseros ejusmodi morbis jam satis attritos, magnaque hærentes animæ angustia, hinc dirissime sitientes, frigidæ, vel vini etiam potu reficere, rogati licet calidissimis precibus, ubivis noxium arbitrantur, & quod medendi suæ rationi officiat: sciens

sciens ipse Jesus, ut hoc loco id applicem quod omnia jam consummata essent, ut sitim placarent ultimò quæsivit: *Pechlin.* l. III. obs. 39. deficiens vero sitis in morbis acutis & febribus ardentibus, non ideo benignius, sed pessimum utique signum est, sive prius intensa fuerit, *παράλογον ἀσθενέα Hippocr.* Coac. Pr. IX. 87. sive minus; notat quippe naturam non sentire amplius stimulos & succumbere: ad oblata vero bene se habere, bonum est: *VVedel.* Diss. de febr. petech. cap. 8. *Ettmüller.* Col. Pr. c. 2. Johan. XIX. 28.



# CAPUT XI.

## PERIOCHE.

*1.*

*Mortis sæpe rationem variat animus quibus nescio malis dejexus. 2. Causarii homines & ægritudinibus assueti lentius succumbere solent. 3. Paradoxum aliquod VVepferi. 4. Æstu maris recedente exspirare animalia credidit Plinius. 5. Quis sit morbus Sapientiæ? 6. Omnes*

*mnes antiquissimo effato unam manere noctem.*

Sed quod satis constare arbitror, cunctâ æque facile à fati tyrannide haud vincuntur, multum rationem mortis variantibus animi affectibus: vel tardantis mortis, vel ob phantasiam desxam lenti agonis memorabile exemplum suggerit Ingeniosissimus *Pechlinus* l. III. obs. M. III. Cum miles Gallicus ante plures annos Hollandiam ferro cæde atque flammis vastaret, muliercula senex, febri continua ardente laborabat, sed quæ diarrhoea aliisque symptomatibus luctuose stipata erat: belli ergo calamitatibus hisce simul pressa, filiorum prudentia & amore manu furiosi militis subducitur, atque trahæ, ut erat ægra, panuceisque centonibus, quos barbari militis indulgentia reliquerat, obsita, imponebatur, in urbem quæ quarto inde lapide distabat ocyus vehenda: vehebant filii, spiranteque adhuc ægra, de nocte in urbem proripiunt: sanandæ illi, si qua forte spes superesset, continuo admovebatur Medicus: Hic, quod pro deposita haberet, & tamen præ voluntatis documentum amici qui aderant exposcerent, potiunculam instaurantem præscri-

bit,

bit, quomodo obtinuit, ut jam inde ab itinere muta pau atim ad se rediret, vocemque sed debilem illam, signisque magis quam faucium violentia testatam, mitteret: inter hæc alvus continuo & nescienti fluere, delirumque saniorem subinde mentem interpolare, attamen quando vocem velut excitata è somno edebat, non nisi de filia, quam unicam deperibat, quæque se nescio quô, in illo patriæ terræ excidio proripuerat, sermo erat: cumque subinde erectior per intervalla nil aliud posset, filiæ tamen nomen ingeminavit, fractoque gutturis sono, signis fere mussitavit finem vitæ aliter imponi non posse, quam si filiam oculis salvam vidisset atque incolumem, sic interim trahebatur dies unus ex alio, ipsa semper animam agente: nunciique quoque exploratores missi, qui profugam latitantem reducerent, aut captam à Gallis pretio intervenientе redimerent, frustratâ opera rediêre: sed filia occasionem fugæ tandem speculata, decepti militis manu evasit, & post varias periculorum vicissitudines, octavo die urbem sola intravit, ac matri jam à tot diebus moribundæ, solaque hac expectatione detentæ, vivam se sistit atque videntem: nec mora fuit, quin jam dudum frigida Mater,

omnique sensu orba, ad se continuo rediret, inque filiæ agnitæ amplexibus, osculoque, quod dudum impense affe-
2. ctaverat, exspiraret: Sæpe etiam imbellis visus neglectique moris, hosti irruenti, aufugientibus reliquis, solus obnititur, de gloria cum adversario decertaturus solicitè; ita homines caussarii omninò, & ægritudinibus assueti, lentius tandem succumbunt, præ illis, qui sunt igneæ velocisque naturæ, quos sæpe ad unum & decretorium ictum, robore, quo maximo olim usi fuerant, destitui ac interire videmus; Fœminarum, vetularum maxime, quin & puerorum exemplis comprobare hoc allaborat *Pechlinus* ὁ πολυμαθέστατος l. III. obs. M. 40. illarum quidem, quod partuum laboribus fere anniversariis, atque inde natis tædiis jam mature exercitæ, habitum contrahant, tolerandis doloribus morbisque parem, & ubi moriendum sit, lentius tandem dissolvantur: istarum vero vitæ obstinationem in fabulam plane apud vulgus ivisse, quod pessimo exemplo felibus, lentissimæ vitæ bestiis, æquiparare soleat: corpora denique puerorum morbos, quibus vix sufficere in illa texturæ mollicie jurasses, aliquot septimanas tolerasse, etiam in totum evasisse, constare

ſtare ſibi aſſeverat, idque pendere putat à temperamentorum modis, atque cauſam quærit in fermentis corporum fœmineorum viſcoſioribus quam virorum iſtis, hinc intextum iis fluidum, naturâ etiam minus mobile, ſegnius & non niſi frequentatis inſultibus, clauſtra perrumpere, animamque unuiſque vinculo obſtrictam, ſerius & nonniſi cum labore diſcedere: ignea vero agilia calidaque corpora, ut virorum pleraque ſint, cum fluidi elaterem nacta ſint vehementiorem, in illo robore & fibrarum ſolidarum duritie, facilius everti & collabaſcere: eadem porro hæc in animalium familia reperiri aſſent, amphibia autem & latirantia animalia, in hoc caſu ſingularem prærogativam habere: namque cum lentum & viſcoſum participent ſuccum, qui deinde ipſe in ſanguinis & fermentorum irrepat texturam, mirum eſſe non poſſe, ſi vexara aut diviſa ſegnius moriantur: ita inter tormenta quoque vivacior rana eſſe ſolet: cor ejus exemtum cum pulmonibus, & in menſa ſepoſitum, ultra horam ſyſtolen & diaſtolen ſuam manifeſtè continuavit, reliquo corpore ſeorſum ſepoſito interea ſe quoque per intervalla movente: vid. *Th. Bartholin.* c. IV. Ep. M. 78. ſolverat aliquando à corpore *Fr. Re-*

*dt*, Exp. Nat. p. m. 58. cor torpedinis, & ab omni vase sanguineo separaverat, neque tamen per 7. horarum spatium reliquum corpus vivere & palpitare desiit; imo evidentissima signa motus & sensus monstravit per tres horas continuas, cauda vero post alia membra iis privata est: caput autem viperæ abscissum, & inter sordium quisquilias jacens, post tertium diem lethale in digito morsum efficacissimis, vix tandem theriacalibus medicamentis superatum atque sanatum, Pharmacopœi cujusdam famulo infixit: referente *Jo. Fabro Lynceo*, citante *Sim. Paulli* Digest. de febb. mal. §. 85. *Redi* obs. de Viperis p. m. 204. hoc etiam magno suo malo Pharmacopœus Patavinus Makop. expertus est; cujus dum manum vasi insiderat, in quod viperarum capita, quæ ante horas duodecim circiter absciderat, immiserat, à vegeto quodam bestiæ hujus detruncatæ capite, digitus morsu petitus fuit, unde neglecto ictu, summos statim cruciatus expertus est, qui juxta alia symptomata hos morsus comitantia, ipsi lethū deinde attulerunt: *VVepf.* de Apopl. p. m. 25. *Joh. Rhodius* c. III. obs. M. 89. *Febr* de Scorzoner cap. IX. p. 108. taceo jam alios observasse muscas majores bombycinas, non modo

post

post ablatum caput volasse sed & generasse; fœminam decollatam marem alacriter admisisse, & aliquot post horis ova conferti:m peperisse: vid. *Olig. Jacob.* obs. de Ran. & Lacert. p. 58. vindicem amputari lucii capitis sævitiam sensisse quosdam annotavit *VVepfer.* l. a. Pro 5. paradoxo hoc venditans: Cicut. Aqu. H. & N. c. VIII. pag. 89. & c. XIII. p. 199. fibras nempe intestinorum & ventriculi, imò etiam cordis aliquandiu vim se movendi retinere, emortuo animali: licet cor dicatur primum vivens & ultimum moriens; adfert hujus rei notatu dignissimum exemplum: Anno 1676. inquit; felis aliquot fœtus vivos pepererat, unicum mortuum: post partum ægrotare cœpit, omnes cibos etiam carnes fastidivit, impensè sitiit, ad vicinum fontem excurrit, ac avidissime iteratis vicib⁹ bibit: 25. Aug. hora 10. antimeridiana mortua est: hora 1. meridiana ventriculum & intestina cum *D. D. Pejero* execuit *VVepferus* illaque perlustravit, ac inprimis glandulas intestinorum inquisivit: uterum inflammatum & lochiis nigerrimis putridis in farctum invenit, mortisque hic latuisse causam putavit: circa 2. pomeridianam *D. Pejerus* receptaculum chyli aliam ob causam tubulo inflavit, protinus

nus primum auricula dextra micate, mox totum cor systole & diastole, quamvis cadaver rigidum & frigidum esset, moveri cœpit, hanc autem verissimam & animalibus vivis apertis alias conspicuam systolen & diastolen ad seram vesperam continuavit, cum omnium spectatorum summa admiratione, & si forte rhythmus iste elanguescebat, post novam inflationem protinus vivæ instar redintegrabatur, ac pari alacritate perficiebatur: idem posthæc tentavit in Cane molosso *D. D. Brunner*, & pari quoque successu, donec auricula dextra tandem exaruit.

4. An nullum animal nisi æstu maris recedente expiret *Plinius* l. 2. c. 98 pro ut in Gallico oceano id observatum, & in homine duntaxat compertum, definire haud licet: neque quid *Hippocrates* l. 2. Epid. f. VI. sibi velit satis scio, quando ait: qui moriuntur ex turbatione ventris, eos necesse est, die impari, & mense impari, & anno impari mori: interceptio itaque morbi fieri non poterit, nisi in die impari: neque principium fieri poterit, nisi in die pari; itemque mense

5. ac anno pari. Quis demum sit morbus, apud *Plin.* l. 7. N. H. c. 50. quo *per sapientiam* mori dicuntur homines, nec *Salmasius*, nec *Heinsius* apud *Beverovicium*,

*cium*, docere valuerunt, censente *Jonston*. l. d. p. 469. *Excel. D. D. WVedel*. Dec. x. Exerc. Philolog. x. non uno persuasus argumento, *Sapientia* illam *ægritudinem* interpretatur *vulnus* aliquod pectoris seu thoracis, speciatim vero *diaphragmatis*: quod mortem cum risu trajecta præcordia inferant: hocque modo vulnerati, ceu supra fortunæ quosvis insultus *sapientum* more consisterent, ipsam mortem, omnium rerum aliàs terribilissimam visam, deridere videantur: φρένας vero præcordia seu diaphragma Græci appellârunt, quod cordi prætendatur, prudentiæ particeps *Aristoteli* judicatum; hujus nervi cũ permiscentur in transitu ramulis in maxillarum & labiorum musculos divaricatis, in percussione diaphragmatis vexati, risum excitare quidem solent, non tamen verũ illũ sed *Sardonium* dictum & fictum, quod unà faciei musculi convelluntur, & maxillis labiisque agitatis spasmus cynicus oritur, ridentis imaginem exhibens: *Th. Bartholin*. l. II A.R. cap. 3. Dicitur vero *risus* iste *Sardonius*, quasi Sardinius, de quo audire juvat *Actuarium* differentem: Quæ, in Sardinia herba gignitur, & ranunculi species est, pota vel comesta, mentem abalienat, convulsionem adfert; cum labio-

labiorum contractione (invita) ut risus imaginem præbeat, à qua affectione risus Sardonius haut satis laudabili dicterio inter homines jactatur:apparet etiam ejusmodi phænomenon assumpto improvide croco: sic mercator quidam apud *Amatum Lusitanum*, Com. in Diosc. enar. 25. p. 47. cum jurulentas carnes pro cœna croco largius condidisset, post earum esum in tam intensum & vehementem risum prorupit, ut non multum abfuerit, quin risu & cachinno tunc è vita discesserit: *VVedel.* Physiol. Med. f. IV. c. 10. p. 309. Tychon vero apud *Hippocrat.* l. 7. Epid. c. 58. cum in obsidione circa Datum, ictus esset catapulta in pectus; paulo post risus circa ipsum erat tumultuosus: videbatur vero medicus eximens lignum reliquisse aliquid de jaculo circa diaphragma: & mortuus est tertia die, ut prædictum fuerat, *convul-*
6. *sione.* Sed quicquid tandem sit: omnes una manet nox, omnesque cogimur eodem, omnium versatur urna serius ocyus sors exitura, & nos in æternum exilium impositura cymbæ: *Horat.* l. II. od. 3. cum ergo incertum sit, quo nos loco maneat, exspectemus omni loco: transcundum est, & hospitalis hujus loci gravissimæ sarcinæ relinquendæ, divitiæ, offi-

officia, facultates: *Seneca, Horat.* l 1. Ep. 7. Carmelita quidam apud Paschequum, quoties morbus immineret, faciem mutatam habuit, omnibus tuberculis evanescentibus: & fœminæ cuidam apud *Panarolum* Jatrolog. Pentec. II I. obs. 24. p. 81. frontis vena tumuit, paulo ante morbum aliquem; nemo alias dives tam habuit propitios, ut crastinum sibi polliceri potuisset: necesse ergo est omnes tanquam migraturi habitemus.



# CAPUT XII.

## PERIOCHE.

AN *Medico Clinico commonendum sit, ut S. Cœna sese æger præmuniat, quæstio solvitur: quaque ejus rei olim Romæ fuerit ratio habita.*

ROmana olim Ecclesia non improbandis moribus serio præcepit Medicis, ut ægros suos prius admonerent de cura animæ, quam medicamentis afflictæ eorum valetudini succurrerent: Romæ post tertium morbi

diem

diem id injungi affirmavit *Cornel. à Lapide*, utque de peccatorum remissione certiores fint, facra fynaxi initio morbi eos dignè uti Jus Canonicum jubet: vide *Lancellot.* Inftit. Jur. Can. l. 2. t. 5. §. 13. *Stengel.* de J. d. P. 4. c. 37. §. 6. curam faluti corporis impendendam felicius pofthac ceffuram ferio monent, quando prius probe animæ provifum effet: At fi talia apud morbo decumbentes Medicus injungere omitteret, ei ad Ecclefiam aditus omnino deberet effe præclufus, ufque dum propter transgreffionem hujus legis fatisfeciffet, pœnitentiamque egiffet: *Conc. Later.* c. 22. *Carpzov.* Evangel. Frag. und Unterricht Dom. XIX. p. Tr. p. 639. In doctoralium infignium acceptatione, ex decretis Summorum Pontificum jure jurando id quisque pollicerí tenetur: vid. *Claudin.* de Ingr. ad infirm. l. 1. c. 3. pag. 20. quomodo Romæ ufitatum promovendi modum fanĉte fibi cognitum exploratum & certum, tradidit: *Joh. Dan. Horſt.* Manud. ad Med. p. 1. c. 1. §. p. 19. Doctorandus (ait Bulla) facta fidei Catholicæ profeffione, ad fancta Dei Evangelia jurare cogitur, eandem fidem ad extremum vitæ fpiritum fe fervaturum: omnes qui ad manus fuas devenerint, ad

Sacramentum Pœnitentiæ suscipiendum
hortaturum, & aliás ad eos ante non
venturum: nisi arcanum dominationis
in conscientias hic lateret, mos sane
culpandus non esset: non aliter circa Medicinam nos versari oportere ait *Basilius*, quam ut fieri circa agriculturam &
navigationem assolet: hanc & illam nos
agro & Gubernatori commendare, interea tamen Deum precari, ut frumenta nobis largiri, & ex fluctibus ad littus
ferre dignetur: Qui vero in necessitatibus suis & cordis angustia non super
Jehovah nituntur, proprii potius consilii multitudine fatigati non tam Do- Jer
minum in morbis, quam Medicos quærunt, stultè cum Rege Asa agunt, & ex XLVII.
conturbatione & increpatione Jehovæ 13.
pereunt: si namque Divinum Archiatrum neglexeris, quomodo vel naturam II Paral. XVI. 7.
habebis propitiam, vel Medicos Dei Na- 12. Deuter.
turæque ministros fortunatos: *Th. Bar-* XXVIII.
*tholin.* Paralyt. N. T. Hist. 3. p. 63. Re- 20. 22.
cte hinc Medicus ille ad Maximinum
Tyrannum dixit: cur Imperator erras,
& quod Deus infert hominem putas posse curare? *Wedel.* Dec. I II. Exerc. Med. I. Cor. XI 30.
Phil. VI. p. 31 Morbus venit ex delictis, Psalm.
& mors peccati stipendium est: quos- CVII.
dam Deus multa peccare posse præsciens 17. 18.
Job xxxiii. 19

I corpo-

Jacob. V 15. corporis infirmitate flagellat, ne pec-
Sirach. cent: ut eis utilius sit frangi languoribus
X 23. ad salutem, quam remanere incolumes
Rom. V. ad damnationem: Hugo apud *Dieteric.*
12. VI. Anal. Ev. Dom. III. post Epiph. obs. 11.
23 p. m. 313. non frustra puto Medicus christ.
infirmos, animæ suæ veræque pietatis ac
fidei negligentiores admonebit, ut agnitis
peccatis ocyus Deo reconciliari velint,
sique obstinatiores fuerint, negotium
cum aliis communicet, ut serio ubique
pœnitentiæ opus urgere videri possit; fe-
licius utiq; corporis curatum procedet, ubi
peccator ad Dominum reversus, ac præ-
varicationes edoctus fuerit: observare pro-
Ebr. X fecto alius alium debet, ut quisque in ca-
24. ritatis paroxysmum efferveamus: Me-
Psal. LI. thodum Ecclesiastici XXXVIII, 9. seqq.
15 negligere dedecebit: Fili mi! in infirmi-
Sirach. tate tua ne despice, sed precare Domi-
XVII, num, & ipse sanabit te: desiste à deli-
32. cto, & rectifica manus, & ab omni
peccato munda cor; da fragrantiam &
memoriale similæ, & pinguem oblatio-
nem, tanquam qui non est, & medico
da locum, ipsum enim etiam creavit
Dominus, & ne desistat à te, nam et-
iam eo opus est: est tempus, ubi etiam
in manibus ipsorum fragrantia: nam et-
iam ipsi Dominum precabuntur, ut se-
cun-

cundet ipsis requiem & sanationem, vitæ gratia: qui peccat coram Eo, qui fecit ipsum, incidat in manus Medici. Cum Anno 1580 Cometa fulsisset, morbus tandem epidemius exortus est, qui totum fere terrarum orbem peragravit, & ex oriente ac meridie, ad occasum & septentrionem contendit, ipseque Cæsar Rudolphus II. cum domesticis aulicis hanc luem expertus est: sed felicius ac citius cæteris eos convaluisse ferunt, qui nulla medicina usi sint, unde multos in eam opinionem tum temporis perductos fuisse, ut statuerint, medicinam *sine favore cælesti* non solum irritam, sed sæpe etiam noxiam esse: conf. Chr. *Matthiæ* l. d. p. 1126. Cæterum Medicas precationes pro commodo ægrotantium *Jacobus Horstius* collegit, quæ Helmstadii impressæ legendæ: De Hortorum Medicorum autem paradoxo suo satis eruditè egit: *Melchior Goldastus* vid. Act. Med Hafn. vol. 4. 81. Ast vero, si æger proscriptæ Sectæ fuerit, vel plane impius, aut hostis Reipublicæ & Patriæ, an ei officium suum denegare Medicus possit, quæritur? affirmativam tenere Pontificios adstruit: *Jo. Dan. Horst.* l. 1. quod juramento in Italia adstringant Candidatos, ne opem Medicam posthac illi ferant, qui

non Pœnitentiæ ſacramento, ſed *Romano ritu*, uſus eſſet; quæ ſane invidia foret nulla expianda hoſtia & Chriſtianis indigna, cum ſemel in Medicina non bis peccare liceat: publicis hoſtibus exemplo Hippocratis, opem medicam Perſis, quod hoſtes Græcorum eſſent & barbari, ferre nolentis, eam gratiam denegandam eſſe ſtatuit *Julius Alexandrinus*: refellitur verò hoc nomine à *Rod. à Caſtro* l. III Med. Pol. c. XV. pag 165. ſeqq. Hoſtis ſanitatem promovere nulla lege vetamur, niſi vel Principis edicto prohibeamur, vel domeſtici amici retrahant: valetudinem omnium procurat Medicus ſicut amicitiam, nullo gentis, ætatis, ſexus, aut religionis diſcrimine habito, quod princeps ingenioſ *Thoma Browne* Angli, in Religione Medici inſtitutum fuit: *Th. Bartholin.* l. d. pag. 35. 36. Paracelſus vero Medicum imitari ovem hac parte jubet, quæ non ſibi lanam ferat, ſed pellioni & textori, ſique liberaliter illam largiatur, laudum præconiis extolli: vid. *Scribon.*
*Larg.* Ep. ad Caj. Jul. Cal. niſi ergo æ-
Jeſ. VIII 21. ger peccator plane impius dura loquatur
Ep. Jud. contra Deum, omnemque Sacramen-
15 torum uſum conſtanti mente deteſtetur
II Petr. III. 3. ἐμπαίκτην, à quibus alias ſe ſeparant comedere

medere cum ipsis veriti, ne commisceantur, qui in fide sani sunt, auxilio suo Medicus quisquis jam æger iste fuerit, destituere haud potest: *μακροθυμεῖ γὰρ εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς*, solus nos judicare potens: quin conniventia sæpe dissimulat, *καὶ τροποφορεῖ: ἀλλότριος οἰκέτης, τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει*, si vero bacchetur in Deum, & perpetuò oblatret *συνεργοῦς Θεοῦ, πιστοὺς καὶ φρονίμους οἰκονόμους*, morbus quoque partem judiciorum Divinorum efficiat, spectansque ipse æger videat, quod illo sic exagitetur, hinc præ molestiis & præ ulceribus suis æstuans blasphemet, neque pœnitentiam ex operibus suis agat, *κατάρας τέκνα*, tristi meritò prognostico relinquit, quod morbus humanus non est, nec humanâ ope revocabilis, dignus morte, quam manibus & verbis suis advocavit.

1. Cor. V. 2. 11. VI. 14. 1. Tim. VI. 5. Tit. I. 13. II. Petr. III. 9. Strach. XVIII. 9. 1. Corin. IV. 4. Jon IV. 2. Actor. XVII. 30 Actor. XIII. 18. Rom. XIV. 4. 1. Cor. III. 9. Matth. XXIV. 45. Luc. XII. 42 Sap. Sal. XVI. 18. Apocal. XVI. 9. 11. 25 II Petr. II 14. Sap. Sal. I. 16.



# CAPUT XIII.
## PERIOCHE.

1.

*Exspirantis animantis schema a. simul ac agonizantis effigies appenditur:* θανάτῳ θανάτου πεῖραι.

1. HAud puto me absurde acturum si simulachrum animantis exspirantis Lectori ob oculos statuero, penicillum per manus *Rolfincii* Diss. de Corde c. 25. commodante *Riolano*: cessat primo in agone pulsare cordis sinister ventriculus, & demum auricula dextra: sicut dextra auricula primo vivit, vitamque inchoat, ita vicissim ultimo moritur, omnisque vitalitas in ea languescit & emoritur: ad duas tamen vel tres pulsationes auricularum cor quasi expergefactum, iterum assurgit, unumque pulsum lente edit atque ægre: cessante tandem omni pulsatione, in ipso sanguine undulatio quædam & obscura trepidatio sive palpitatio observatur, vitæ indicium extremum: quomodo accurate hæcce adnotavit *Harvæus* de Generat. anim. Ex. 50. est namque naturæ mors admodum inimica; hinc *Aristotelis* illa plena horroris vox l. 3. Eth. cap. 6. mors πάντων φοβερῶν φοβερώτατον: inde profecto fit, ut raro, qui se vixisse beatum dicat, & exacto contentus tempore vitæ, cedat, uti conviva satur, reperire queamus: *Horat.* l. 1. Sat. 1. *Lucret.* l. III. ipsa tragici cothurni gloria, prædives *Seneca*, annunciatâ morte, multum sibi dissimilis, tremulo ore, interruptaque voce

voce, *libemus* suum ingemuisse dicitur: *Tacit.* l. XV. c. 62. 63. *Timaeus à Guldenklee* Dedic. Ep. M. mors quam non opinio horret sed natura, dissolutionem molitur mixti, jusque quoddam sui in Naturam peccati labe deturpatam, ipso facto demonstrat, omnibus cum exceptione mortis in lucem hancce vitamque emissis. Tandem Commentationi 2. huic *effigiem agonizantis* appendere placet, operâ primum *Francisci Petrarchae* delineatam, sed coloribus *Christiani Langii* Diss. de Fac. Hip. §. 52. illuminatam: Hominem specta cujus vires *acutissimi morbi* incendia trahunt: specta in illo obstipum & summe fatigatum *caput*: vide hic mire alienati *vultus* horrorem cava *tempora*, liventem gelidamque contractamque *frontem*, considera fessos *ocellos*, quam desossi sepultique sint illi, & quam misere in mortis quasi stagno natent caligantes, ut videantur paleae ante oculos atomique vagari: intuere obtuitum *lacrumosum*, *nares*, rugantes acutasque labentes & tabentes *genas*, malas teretes malas:

*Aspice quam tenui facie decrescat, ut ora*
*Squalidus ex morbo pulverulenta gerat:*

Con-

Conſpice *labia* pallentia atque ſpumantia, & reſpice *aures*, politiſſimas illas capitis anſas aride contortas: ô torpet jam ſquamoſa & nigricans *lingua*, *vox* parco intercipitur ſpiritu, frigidum ſpitat *anhelitum* & mœſta ſuſpiria anhelum *pectus*; raucum rancidumque auditur murmur, fervet *guttur* infauſta humorum ebullitione mox ſuffocandum: quid? *ſanguis* hebet, & ipſe *vitalis ſpiritus* jam lenteſcit, *membra* algido horrore concuſſa inopportuno *ſudore* defluunt, *oſſa* relinquit robur, *nervi* non amplius carnes ſuſtentant: Oeſtro funereo percita *vena* tremit, *pulſuque* ſalit fatuo, rigent *extrema*, torrentur *media*, *intima* dehiſcunt, penitus diſſolvuntur: jam adſunt veſpillones illi *ſingultus cordi premi*, æger ſingultat Ave extremum, ſupremus jam ſuper ora *ſpiritus* errat imò aberrat & avolat: Tu ferales nunc accende faces, & crede tibi nobiſque ſimile fatum eſſe paratum: ſcilicet

Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.

